

TITULUS II.

De Desponsatione Impuberum.

Agitur de hac materia in 6. h. 7. & in Decreto 30. q. 2. & examinatur hic impedimentum aetatis, seu aetas requisita ad sponsalia, & matrimonium, & quam necessarius sit consensus parentum ad matrimonium filiorumfamilias.

1. Q. I. Quae aetas requiratur ad sponsalia; R. 1. Regulariter septennium completum, c. 4. s. 13. h. t. c. m. eod. in 6. & h. 14. ff. de sponsal. nam jus non praesumit usum rationis citius adesse, nisi completo septennio. Si tamen post septennium non adesset usus rationis, sponsalia jure naturali ex defectu consensus liberi essent invalida; quia ista praesumptio juris in facto fundata creditur veritati. Porro cum versemur in materia obligatoria, probabilius septennium computandum est mathematico de momento ad momentum arg. l. 3. s. 3. ff. de minor. ut non sit paritas ex h. 5. ff. qui test. fac. nam ibi ultima dies anni xiv. habetur pro completa; quia conditio testamenti metum favore testatoris continet: e contra sponsalia plura secum gravamina trahunt.

2. R. 2. Valent sponsalia a minore septennio inita, si malitia, seu potius prudentia suppleat aetatem, hoc est, si usus rationis accelleretur ante septennium S. D. in 4. d. 27. q. 2. a. 2. S. Anton. Covar. Sanchez. cum cit. contra Abb. Ros. Engl. Sehmer &c. nam talia sponsalia jure naturali valent, cum adit consensus: jure autem positivo nullibi irritantur, sed potius supponuntur valida c. 3. de sponsal. ubi juvenis puellam nedom septennium duxit, & inde contraxit impedimentum publicae honestatis; quod etiam jure veteri ortum non potuit, si sponsalia fuissent invalida ex defectu consensus. Ratio est, quia jus praescribit septennium ex sola praesumptione facti, quod usus rationis citius non adit; ergo si usus rationis accelleretur, praesumptio ista creditur veritati; & consequenter sponsalia valide contrahantur; sicut matrimonium ante legale tempus, si pubertas citius adveniat c. 9. h. t. unde J. C. l. 14. ff. de sponsal. ait: In sponsalibus contrahendis aetas contrahentium definita non est. Ex quibus explicatur posteriora verba, forsitan a Triboniano addita, si non sint minores, quam septem annis: hac enim, uti & c. 4. s. 13. h. t. disponunt presumptive, quod ante septennium non sit usus rationis. Nec frustra aetas ista praescribitur: nam qui asserit sponsalia ante septennium inita fuisse valida, vel postseptennium invalida, probare debet illic adfuisse, & hic defuisse usum rationis. Econtra qui dicit sponsalia ante septennium esse invalida, & post septennium valida, propter praesumptionem juris relevatur ab onere probandi.

3. R. 3. Sponsalia impuberum ex beneficio juris non sunt firma quia imbecillus est consensus eorum. Et I. si ambo impuberes contraxerunt sponsalia, durante impubertate, non possunt ea solvere, ne haec facile, & temere contrahantur, & distrahantur: at si uterque simul, vel alter eorum citius ad annos pubertatis perveniat, statim uterque, vel alter, non expectata alterius pubertate, rescire potest a sponsalibus, c. 7. 8. hoc tit. Si autem pubes factus statim (quod tempus mathematici definiti non potest) non resiliat, censetur saltem tacite priora sponsalia ratificare; ac proinde amplius variare non potest.

4. II. Si pubes cum impubere sponsalia contraxit, pubes rescire non potest; sed tenetur expectare alterum, donec ad annos pubertatis perveniat; qui si stare voluerit sponsalibus, efficaciter obligabit puberem ad matrimonium inendum, ibid. nam privilegium rescilendi solum impuberibus, non puberibus a jure datur. In illo tamen casu quo sponsalia propter reclamationem impuberis facti puberis resolvuntur, non cessat impedimentum honestatis publicae, utpote ex se perpetuum, c. 4. h. 2. Probabile autem est, quod dissensus in impubertate factus, si continuatur in pubertate, sufficiat ad solvenda sponsalia: quia ut ita continuatus acquiescat novo dissensui in pubertate elicitio.

5. III. Sponsalia jurata ab impuberibus inita, non possunt a puberibus alterius consensu contrario dissolvi, c. 10. de sponsal. ubi ratio datur, quia periculosum

est contra suum venire juramentum, quod sine dispensatione salvis servari potest. Notant tamen Perez, Laym. Reiff. & alii dispositiones istam procedere de impuberibus pubertati proximis; qui autem tamen infantiae proximi communem possunt sequi regulam; quod sicut a sponsalibus, tanquam principali, ita etiam a juramento tanquam accessorio, rescire possunt. At mutuo consensu aucto puberes sponsalia jurata dissolvere possunt, ut dictum sit. proced. n. 26.

6. R. 4. Promissio matrimonii a pubere infanti facta, vii habet simplicis promissionis: ita ut pubes promissor rescire non possit, S. Ant. Decius, Sanchez &c. nam promissio infanti facta non requirit personalem acceptationem, sed ab ipso jure statim acceptatur arg. l. 5. c. de emancip. liber. Nec obstant aliqua exempla personarum illustrium in contrarium facta; quia juribus, non exemplis judicandum est. Quodsi infantes post septennium promissionem acceptent, & repromittant, aut sponsalia antea invalide inita ratificent, adepto usu rationis, haec convalescunt, acsi post septennium fuissent primo inita, Sanch. &c.

7. Q. II. Quae sit aetas legitima ad matrimonium; R. I. In masculo annus 14. & in femina 12. quo tempore a jure praesumitur advenisse pubertas, seu aptitudo ad generandum, c. 6. 10. & 11. h. t. In femina minor aetas requiritur, quia femina, tanquam imperfectior, citius adolefcit, seu fit viripotens, & apta ad actus conjugales.

8. II. Si malitia suppleat aetatem, hoc est, si aptitudo generandi preveniat tempus a jure praescriptum, valet matrimonium ante illud contractum; c. 9. h. t. quia hic praesumptio creditur veritati, dummodo constet de tali habilitate. In dubio tempus istud mathematico computandum est: si vero post tempus legale contrahentes necdum sint habiles ad generandum, & contrahant, valet matrimonium; quia jus in hoc casu non requirit potentiam actu expeditam, sed aptitudinem generandi. Quod si mas in plena pubertate 18. annorum generare nequeat, praesumitur impedimentum perpetuum, ratione cuius, servatis servandis, matrimonium dissolvi potest. Ceterum impuberes, nisi eos excuset causa urgentissima, contrahendo peccant graviter, quia violant praecipuum Ecclesiae in re gravi: & ideo Nicol. I. cap. 2. h. t. dicit se districtius prohibere talia matrimonium.

9. III. Dispensare in aetate ad matrimonium potest solus Papa, cum Episcopi sint inferiores jure communi, nec reperitur facultas eis concessa ad ita dispensandum. Dispensati vero, antequam fiant habiles ad generandum, cohabitare non debent propter periculum incontinentiae.

10. IV. Puella impubes desponsata viro, cessante facta sit in domum ejus, pubes facta reclamare potest, & audiri debet, cum matrimonium praesumitur esse invalidum. Si tamen vir asserat, quod eam cognoverit, viro potius creditur affirmanti, & juranti, Can. 3. si quis 33. q. 1. nisi mulier contrarium probet: quo casu etiam sponsalia in impubertate facta resolvuntur.

11. V. Matrimonia impuberum praesumunt vim habere sponsalium, & ex illis oritur impedimentum publicae honestatis, c. un. fin. s. idem h. t. in 6. nam si actus iste non valet, ut debuit, valet saltem ut potuit; maxime si id ex circumstantiis colligatur. Cessat autem ista praesumptio, si impuberes nuptias solum, & non sponsalia contrahere voluerunt; cum actus agentium non operentur ultra intentionem eorum arg. lib. 19. ff. de R. C. Hodie in locis in quibus Trid. viget, casus isti non sunt timendi, quia impuberibus parochos non adfuit.

12. Q. III. An matrimonia filiorumfamiliae sine consensu parentum inita sint valida; R. 1. Affirm. de jure Can. ita definit Trid. S. 24. c. 1. pr. de ref. matr. cui consonat jus antiquum Can. 2. sufficiat. 27. q. 2. c. 13. 14. 23. 25. de sponsal. c. 12. de Regul. c. 7. de raptor. in quibus juribus ad valorem matrimonii requiritur solus consensus contrahentium, non vero parentum: nam liberi quoad spiritualia, & electionem status non subfunt patriae potestati: unde etiam sponsalia sine consensu patris inita regulariter sunt valida, excepto casu, quo matrimonium iniuret cum gravi offensa patris: tunc enim, cum obligarent ad aliquid illicite agendum, non essent valida. Neque pater talia sponsalia irritare potest.

re potest, quia patriae potestati non praesudicant, S. D. 2. a. q. 104. a. 5. in corp. His non obstant Can. 1. aliter 30. q. 1. & Can. 3. cum seq. 30. q. 5. c. 3. qui marit. accus. pr. in de nuptiis l. 2. 18. ff. de rit. nupt.

nam jura civilia hic non curantur: Canones vero recte conciliantur cum aliis juribus, dicendo nuptias sine consensu patris non esse legitimas, aut iustas quoad honestatem, & licitam; quia regulariter sunt illicitae, quatenus filius, aut filia omittit, aut contemnit iudicium paternum in re tam gravi.

13. R. 2. Pater ad certum matrimonium cogens filium, aut filiam, per se graviter peccat: nam tollit plenam libertatem a jure concessam, est causa tristicii eventuum ex matrimonio coacto consequentium: non tamen incurrit excommunicationem latam a Trid. S. 24. c. 9. de ref. matr. nam ibi fenum est tantum de dominis temporalibus, & magistratibus ad certa matrimonia cogentibus. Si tamen adit urgentissima causa maxime boni publici, v. g. propter bonum pacis, licebit patri filium, aut filiam compellere ad certas nuptias, cum in tali casu liberi teneantur patri obedire.

14. R. 3. Filius in contrahendo matrimonio nolens sequi consilium, aut praecipuum patris, non potestideo exheredari: nam casus iste non numeratur in Nov. 115. cap. 3. An vero de jure statutorio talis exheredatio, vel dotis negatio induci possit, dubitant DD. Negative subscribit Abb. Sylv. Nav. Clar. Covar. Sanch. Gobat &c. Affirmant. Bald. Sot. Laym. Zoes, Schmalz. & alii, quorum sententia videtur probabilis, saltem pro illo casu, quo nuptiae contrahuntur cum personis indignis, & vilibus, nam statum istud co-honestatur ob utilitatem publicam, ne sanguis illustrii commaculetur, discordiae, & scandala orientur, ut reverentia liberorum erga parentes conservetur, abusus, & temeritas libertatis restringatur: & ita fertur praescribi in Lusitania, Bavaria &c. Nec in hoc casu secularis potestas disponit de rebus spiritualibus, sed praescribitur abusus libertatis, & contemptum parentum. At si liberi sine consensu parentum dignas suo statu ineam nuptias, judico talis poene non esse locum; quia jure suo utentes, nullique injuriam facientes, non sunt puniendi; & aliunde libertas matrimonii talibus poenis non est coarctanda, c. 29. de sponsal.

TITULUS III.

De clandestina Desponsatione.

Agitur de hac materia in Decreto, Can. 4. consanguineorum, 3. q. 4. & 30. q. 5. per tot. in Trid. S. 24. c. 1. de reform. matr.

1. In hoc tit. examinatur impedimentum clandestinitatis, quod oritur 1. Ex omissione publicarum denuntiationum. 1. Ex omissione publicae praesentiae parochi, & testium.

2. Q. I. An matrimonio promittende sint denuntiationes publicae; R. 1. Affirmative ex Conc. Later. c. fin. pr. h. t. cui inhaeret Trid. S. 24. c. 1. de ref. matr. nam Episcopi, & parochi est curare, ut honeste, & sine impedimentis matrimonium contrahatur: ad hunc vero finem potissimum invente sunt denuntiationes publicae, ut si quis de populo impedimentum novit inter sponsos, illud intra praesumum terminum manifestet eorum parochi. Porro praecipuum eas faciendi cum sit grave, concernens reverentiam Sacramenti, regulariter obligat sub mortali; non tamen est irritativum, ut saepius declaravit S. C. quia decretum irritans in citat. Trid. afficit posterorem dispositionem de praesentia parochi, & testium, non vero priorem de faciendis proclamationibus: neque contrarium elicitur ex ablativo: denuntiationibus factis: siquidem ablativus iste significat conditionem accidentalem de praecipuo, non vero substantialem de necessitate ad valorem matrimonii.

3. R. 2. Denuntiationes faciendae sunt tribus diebus festis continuis in Ecclesia inter Missarum solemnia, cap. fin. pr. h. t. Trid. l. c. nam tali tempore, & loco frequentior populus convenit. Ob quam rationem satisficeret Tridentino, si die non festo conveniret magis populus, v. g. ad concionem, vel processionem, & coram illo fierent denuntiationes: item si parochus uno, alterove festo intermedio omittit denuntiationem.

P. Remigii a S. Erasmo. Pats II.

nes, quia continuitas ista moraliter est intelligenda, ne nimium temporis intervallum inter has denuntiationes intercedat.

4. R. 3. Denuntiationes faciendae sunt a proprio parochi sponforum, licet committi possint alteri sicut alicubi fieri solet per laicos aditus: nam Trid. talem commissionem non prohibet. Si sponsi sunt actu diversarum parochiarum, denuntiationes faciendae sunt in utraque parochia; quia sic facilius impedimenta deteguntur. 2. Si sponsi transferunt domicilium, circa denuntiationes servanda sunt in primis statuta cuiusque diocesis; ut vero menti Conciliorum satisfiat, discrimen adhibendum est: & quidem si sponsi noti sunt in loco contrahendi matrimonii; sufficit ibi fieri denuntiationes; si vero sint ignoti ambo, vel alter eorum, denuntiationes fieri debent non tantum in nova parochia, sed etiam in priori parochia, ut ita facilius innoventur impedimenta, de quibus parochi inquirere debent ex praecipuo Conc. Lateranensis, cui inhaeret Trid. l. c. licet solum meminerit denuntiationem in propria parochia faciendam. Notat tamen P. Reiff. & alii, quod, sponsi a loco nativitatis abint per quinque, vel sex annos, non sint in eo denuntiandi, sed in loco domicilii, vel quasi-domicilii, sicut opifices, famuli &c. nisi specialis ratio aliud suadeat. Expediet autem, si tali casu parochus exigat juramentum ad cautelam, quod nullis sponsalibus, vel matrimonio ligentur.

5. Q. II. Quid juris circa deferenda impedimenta; R. 1. Populus sub gravi obligatione tenetur manifestare impedimenta latentia, cum omne jus praecipiat avertere peccatum, & irreverentiam Sacramenti. Pius tamen ex lege charitatis monendi sunt sponsi de impedimento; & si monitio non prodest, necesse erit manifestare parochi impedimentum. 2. Cessat obligatio manifestandi, si exinde grave damnum denunciatori imminuat, vel timeatur grave apud alios scandalum; vel denunciatio credatur non profutura, sed potius bona fide contrahentibus obfututa; vel si sciatur dispensationem pro foro interno esse obtentam &c. Per hoc tamen non excusatur a denunciando, quod jus secreto impedimentum cognoverit, quia secreto praevalet reverentia Sacramenti; imo ipsi contrahentes ab Ordinario interrogati, tenentur fateri impedimentum, vel a nuptiis abstinere: etenim quisque tenetur in conscientia delictum proprium manifestare, quando agitur de vitando peccato. 3. Si parochus extra confessionem certo novit impedimentum, tenetur illud, sicut quicumque alius, denunciare Ordinario; nec potest assistere sponsis matrimonium etiam publice petentibus. At si impedimentum novit tantum ex confessione, debet monere penitentem, ut a nuptiis abstineat; secus nolentem, utpote indispositum, non absolvit. Si tamen publice petat matrimonium, tenetur ei assistere, quia scientia sacramentalis ad actus exteriores non porrigitur, nec ea uti licet c. 2. de off. Ord. 4. Si Episcopus, vel parochus sciunt impetratum esse dispensationem pro foro interno, dissimulare possunt, & sponsos copulare: secus vero si quis alius impedimentum denuntiet, quia dispensatio ista non porrigitur ad hunc casum. 5. Declaro impedimento, officium parochi est interdicere matrimonium, non tamen de illo cognoscere, sed cognitio ista spectat ad Episcopum c. fin. pr. & s. fin. h. t. licet sit tantum impedimentum impediens: Ordinarium vero, si saltem semiplene probetur impedimentum, prohibet nuptias; quia ad averendum peccatum sufficit semiplena probatio, licet ad dissolutionem matrimonii, utpote negotium valde arduum, plena probatio requiritur, cap. fin. in fin. pr. hoc tit. 6. Si nullum impedimentum appareat, sponsi obligantur quantumcumque matrimonium contrahere: si vero illud differant ultra tres, vel quatuor menses, novae denuntiationes faciendae sunt, ut fertur declarasse Sac. Cong. teste Rebello, quia intra tantum tempus facile novum impedimentum oriri potuit. Quodsi novae sponsi sine denuntiationibus contraxerunt, iste supplende sunt post matrimonium ante ejus consummationem, Trid. loc. cit. nisi Ordinarium ex justa causa tales denuntiationes remiserit.

6. Q. III. Quis, & ex qua causa dispensare possit in denuntiationibus; R. 1. Jure novo Trid. l. c. Ordinarium, ut est Episcopus proprius, Legatus apostolicus in sua provincia, &

cia: prelati plenissime exempti: cum clero, & populo, capitulum, sede Episcop. vacante: & probabilis etiam Vicarius generalis Episcopi, cum & iste in materia sibi accommodata veniat nomine Ordinarii; idque praxi, & usu confirmatur. Parochus contra, cum nomine Ordinarii non veniat, regulariter in denunciationibus dispensare nequit, nisi quantum ei permittitur recurrenti ad Episcopum; ut si concubinarius in articulo mortis vellet contrahere cum concubina &c. quod procedit etiam in casu, quo Episcopus ex obligatione officii sui tenetur dispensare, quia nullo iure constat, in tali casu facultatem dispensandi devolvi ad parochum.

7. R. 2. Ordinarius facultatem dispensandi potest alteri delegare: nam id nullo iure prohibetur; imo Ordinario licet generaliter omnes causas matrimoniales committere; ergo & facultatem in denunciationibus dispensandi. Nec verum est cum Hofi. Covarruv. Sanch. &c. quod Concilium ad hanc dispensationem eligat industriam persone Episcopi, idcirco eam delegare nequeat: nam industria persone non censetur electa, quando negotium a iure committitur prudentie persone incognite, & indeterminatae, nisi expresse aliud statuatur.

8. R. 3. Juste cause dispensandi in denunciationibus sunt: 1. Probabilis timor de malitose impediendo matrimonio, si denunciations premitterentur. 2. Scandalum publicum; ut si concubinarius velit ducere concubinam, que publice exhibetur ejus esse uxor. 3. Reperiturus casus; ut si statim proficiscendum sit ad bellum, vel si copulandi sint concubinarius, ne a iudice comprehendatur. 4. Casus revalidandi matrimonii ante publice in facie Ecclesie contracti. 5. Qualitas persone, ut si Reges, & alii principes velint contrahere, quia eorum matrimonia non solent denuntiari. Similiter etiam ob ludibrium evitandum remitti solent denunciations feni volentis contrahere cum juvenca. 6. Si infra tempus Adventus, vel Quadragesime, & premissa una denunciatione, relique omitti possunt. 7. Denique quaecumque notabilis commoditas, sive spiritualis, sive corporalis, vel incommoditas evitanda.

9. R. 4. Judicare de iustitia cause est Ordinarii, qui, antequam dispense, summario, & extrajudicialiter cognoscet, an causa sit iusta dispensandi: nam Trid. totum hoc committit prudentie, & conscientie Episcopi; & cons. necessario non requirit probationes judiciales, sed iudicium, & planam cognitionem, etiam extrajudicalem. Et quavis Ordinarius, stante iusta causa, non teneat ex rigore iustitie dispensare, cum dispensatio sit gratis, & non necessitatis Can. 15. in fin. l. 4. c. 14. de elect. ibi: postea Ordinarius gratiam dispensationis facere; tamen quando adest causa boni communis, vel notabilis commoditatis in bonis animae, corporis, vel fortune, obligatur Ordinarius officii sui, quo tenetur studere bono subditorum, dispensationem impetiri; alioquin potestas ista non esset ad edificationem. Idem argumentum currit in dispensatione aliorum generum, & materiarum.

In Constit. Bened. XIV. Sacris vobis 17. Novemb. 1741. circa matrimonia contrahenda, que vocantur conscientie, precipitur. I. Ut huiusmodi matrimonia contrahenda cum denunciationum dispensatione celebrantur coram parochio alterius ex contrahentibus: nec sine gravi causa adhibeatur alius sacerdos; & tunc solo Episcopo deputandus. II. Ut documenta sic celebrati matrimonii, scilicet a parochio, vel alio sacerdote, ut supra deputato, ad Episcopum transmittantur, transcribanturque in libro distincto ab altero, in quo adnotantur matrimonia publice contracta, in Episcopali cancellaria sigillis obfirmata asservando, & nunquam aperiendo, nisi de licentia Episcopi: documenta autem a parochio transmissa, vel sacerdote, qui illius vices gerit, serventur in secretari loco penes ipsam Episcopum. III. Ut proles inde suscepta baptizetur in Ecclesia, in qua alius baptizatus invidiosè confertur, denuntiaturque Episcopo intra triginta dies a natiuitate dicta proles numerandos, vel per parentes, vel per litteras eorum characteris exaratas, vel per aliam personam ab ipsis designatam, ac ejusdem proles, & utriusque parentis vera nomina in libro adnotentur distincto ab altero matrimoniorum, eodem modo, quo

hic, custodiendo; IV. Ut conjuges aperte monteantur a parochio, vel sacerdote, ac supra deputando, harum binarum conditionum adimpleandarum pacto eis permittitur secreti matrimonii celebrationem sub pena contrahentis matrimonii per Episcopum faciende, licet hoc contrarium sit data per eundem Episcopum secreti fide. R. 10. Q. IV. An matrimonia clandestina, sine parochio, & testibus presentibus sint invalida? R. Affirmative in locis, ubi viget decretum Trid. cit. sess. 24. c. 1. de ref. matr. ibi: Qui aliter, quam presenteparochio, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attemptaverint, eos sancta Synodus ad se contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit. Quo decreto correctam est ius antiquum, juxta quod matrimonia clandestina erant valida c. 2. ibi: semper tamen graviter illicite, ut testatur Trid. cit. c. 1. pr. ex Can. 1. & seq. 30. 4. 5. Rationes gravissimas, ob quas matrimonia clandestina irritata sunt, insinuat Trid. Leuti sunt gravia peccata, pluralitas conjugum, & continuatio adulteriorum; dum aliqui, relicta uxore clandestine ducta, cum alia palam contraherent, & cum ea in perpetuo adulterio viverent &c. Et quia hoc decretum irritans fundatur in presumptione periculi universalis, sequitur illud non cessare, etsi per accidens in uno, vel altero casu cessent ista mala, & matrimonium non negetur.

11. R. 2. Decretum hoc Trid. in nulla alia parochia obligat, nisi in qua publicatum, & usu receptum est; Trid. cit. c. 1. in fin. Unde 1. Non stringit fideles in Anglia, Scotia, Hibernia, Suecia, Dania, Saxonia, Borussia &c. quia ob heresim resignantem in locis non est publicatum. Et similiter non stringit fideles inter Turcas, & alios infideles commorantes, cum ibi publicatum non sit. 2. Hæretici in locis, in quibus Trid. publicatum est, ligantur hoc decreto per se, & regulariter; cum rebelles subditi non eximantur ab observatione legum, nisi decretum hoc contraria consuetudine abrogatum sit. 3. Fideles commorantes, v. g. in Hollandia, & alii provincie confederatis, ubi Trid. publicatum est, si nullum habere possunt sacerdotem catholicum, videntur valide coram duobus, vel tribus testibus contrahere matrimonia; tum quia pia mater Ecclesia videtur concedere ad eorum valorem, tum quia in talibus locis decretum Trid. moraliter impossibile est observari: pastor tamen hæreticus non est adhibendus, ut talis recognoscatur a catholicis.

Benedictus XIV. per organum sacrae Cong. Conc. coram se habite die 13. Maji 1741. generali decreto a se confirmato die 4. Novemb. ejusdem anni per extensum relato in ejus Bullario tom. 1. pag. 87. declaravit. I. Matrimonia contracta, & contrahenda sine ab hæreticis inter se, sive a catholicis cum hæreticis, aut catholicis hæreticam feminam ducant, aut catholicam hæretico nubant, in federatorum Ordinum Belgii provinciis valida esse, etiam si in his celebrandis non servata fuerit forma a Tridentino prescripta; ita ut, si contingat utrumque conjugem ad catholica Ecclesia sinum se recipere, non opus sit eos coram parochio catholico consensum renovare: sin autem unus tantum sive maritus, sive uxor converteretur, neuter ad alias nuptias transire possit, quamdiu alter videt. II. Similia matrimonia itidem valida esse, etiam contracta extra fines domini eorumdem federatorum Ordinum ab illis, qui additi sunt militaribus copiis, que ab eisdem federatis Ordinibus transmitti solent ad custodiendam, munendamque arcem conventinas, quomodo non iure domini, sed oppignorationis tantum a republica federatorum Ordinum possessa.

Nota tamen est epistola decretalis ejusdem Pontificis ad Paulum Carmelitam excoletarum in istam provinciam missionarium Reddita sunt, sub die 17. Sept. 1746. tom. 3. huiusmodi declarationem non suffragari sponsis utriusque catholici ibidem degentibus, si eorum civitatem maxime, aut hæretico ministro consensum in matrimonium de presenti declaraverint, nec illud ad formam Tridentini contraxerint, aut post contractum more hæreticorum consensum renovaverint.

12. R. 3. In casu, quo revalidatur matrimonium ob impedimentum publicum, necessaria est presentia

ria parochi, & testium: nam alias non erit matrimonium firmum; & probabile in facie Ecclesie. At si impedimentum est occultum, non est necessaria talis presentia, ut declaravit S. Pius V. quum declarationem sequitur S. Penitentiarum, & communis praxis: nam Tridentino fatisset per hoc, quod ante matrimonium contractum sit in facie Ecclesie, adeoque probari possit; ita ut revalidatio retrotrahatur ad tempus, quo presentia parochi, & testium fuit adhibita. Nec obstat, quod Clem. VIII. feratur dispensasse, ut revalidatio fieret sine parochio, & testibus: nam dispensatio ista vel fuit ad majorem cautelam & securitatem; vel necessaria fuit, ex eo quia impedimentum in foro externo fuit probabile, Schmalz. a. n. 119.

13. R. 4. Episcopus contra decretum Trid. non potest dispensare, ut matrimonium clandestinum valeat: nam talis potestas ei non conceditur, maxime cum ipsi contrahentes reddantur omnino inhabiles ad se contrahendum. Neque in casibus, in quibus ante Tridentinum matrimonia clandestina erant licita, hodie post Trid. sunt valida; quia casus isti non repetiuntur excepti a decreto irritante: ut sunt, periculum mortis, grave malum ex publico matrimonio secutum, malitiosa impeditio matrimonii, periculum amittende opportunitas illud contrahendi, & revalidatio illius publice contracti, si impedimentum fiat notorium.

14. R. 5. Fideles transientes ex loco, ubi Trid. non observatur, ad locum ubi observatur, tenentur servare formam Tridentini: nam ratione contractus sortiuntur forum c. fin. de foro compet. ergo ut valide contrahant, tenentur servare formam substantialem prescriptam matrimonio in tali loco contrahendo. At si ex loco, ubi Trid. observatur, veniant ad locum, ubi non observatur, animo ibi figendi domicilium, valide contrahunt matrimonium clandestinum.

Quod verum est, etiam si ibi figant domicilium solo animo, ut sine parochio & testibus contrahant, si hoc vere transferatur, ut ex infra cit. decreto.

Quod speculative loquendo, verum est etiam in illo casu, quo data opera se conferunt ad illum locum contrahendi matrimonii clandestini causa: quia utentes iure suo, nihil faciunt in fraudem legis. Sed hodie contrarium est tenendum ex decreto Cong. Conc. an. 1627. 14. Aug. (relato etiam a Bened. XIV. Inf. Ecclesie sess. 33.) quod approbavit Urban. VIII. idemque recepit Archiep. Colonienis.

Ubi insuper declarantur invalide contrahere, si per dictum locum transientes, etiam sine fraude contrahant, quoties adhuc retinent domicilium in loco, ubi Tridentinum quoad hoc punctum promulgatum est.

13. R. 6. Matrimonia clandestina non valent per se in vim sponsalium: ita Sanch. Barbof. Fagn. & alii contra Laym. Coninck &c. nam talis contractus est absolute irritatus; ergo nec valet in vim sponsalium, nisi alia esset intentio contrahentium. Hinc S. Congreg. teste Joan. Gallenart. respondit Episcopo patafino, matrimonium clandestinum non resolvi in sponsalia. Nec obstat cap. unie. §. idem de despons. impub. nam jus presumit matrimonia impuberum valere, saltem ut sponsalia: que presumptio non stat in matrimonio clandestino, ne scilicet actus agentium operentur ultra intentionem eorum.

16. Q. V. Qualis debeat esse parochus assistens matrimonio? R. 1. Debet esse parochus proprius domicilii, vel quasi domicilii, ratione cuius sit aliquis parochianus: nam alia qualitates a Trid. S. 24. c. 1. de ref. matr. non requiruntur in parochio. Nomine parochi veniunt etiam illi, qui cumulativam potestatem habent cum parochio: ut Episcopus, Legatus apostolicus, Papa, Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum, capitulum, Sede vacante: item illi, qui vices parochi agunt, ut Vicarii perpetui, & temporales. Unde 1. in parochio non requiritur qualitas sacerdotii; quia sine hac est vetus parochus, & assistere potest; cum assistentia non sit actus Ordinis, sed testimonium. Nec obstant verba cit. Trid. vel alio sacerdote, nam particula alius non semper est repetitiva similium, sed quandoque dissimilium, prout subiecta materia patitur; sicut Luc. 23. dicebantur autem & alii duo nequam cum eo. 2. Parochus suspensus, vel excommunicatus, etiam non toleratus, valide assistit matrimonio, quia adhuc est parochus; cum censura ista non tollat titulum parochi.

P. Remigii a S. Erasmo, P. II.

chie, neque inficiant talem assistentiam; cum ista nec sit actus jurisdictionis, nec actus officii sub censura cadens, nec actus testimonii specialiter qualificati; eo quod testes etiam infames recipiantur ad probationem matrimonii. 3. Parochus, cui ordinarius specialiter prohibuit assistere matrimonio, licet assistendo graviter peccet contra preceptum superioris, valide tamen assistit, quia per hanc prohibitionem non desinit esse proprius parochus: ac proinde locus est regulæ: multas fieri prohibentur &c. Ex quo patet disparitas ad c. 16. de elect. quia suspensio privat voce activa, & passiva: & conf. inficit electionem: contra dicta prohibitio non privat titulo parochie. Multo minus valide assistentia obstat vita criminosa parochi, vel occultus defectus tituli; dummodo ex errore communi habeatur pro parochio, ut alias sæpe dictum ex l. Barbarius 3. ff. de offic. Prator.

17. R. 2. Parochus, licet excommunicatus, potest delegare facultatem assistendi matrimonio; non tamen alii, quam sacerdoti sive seculari, sive regulari ex Trid. loc. cit. ubi in delegato requiritur qualitates sacerdotii ibi: vel alio sacerdote: scilicet sine hac commissione, & qualitate sacerdotii invalida est assistentia ob decretum irritans ibi subnexum.

Sacerdos a proprio parochio ad hoc delegatus potest assistere matrimonio ne dum intra delegatum parochiam, sed etiam extra propriam dioecesim; & multo magis delegatus ab Episcopo, ut probat Fagnan. hoc ead. tit. cap. Quod nobis num. 33. & seq. non potest autem assistere cum consuetis solemnitatibus, nec sponso benedicere sine consensu parochi, in ira cuius parochiam contraheretur matrimonium: cum tunc exerceret jurisdictionem in alieno territorio. Reiff. hoc tit. §. 2. num. 67.

Venit autem in generali commissione ad sacramenta administranda etiam facultas assistendi matrimoniis; ut com. cum praxi tenet contra Henric. Sanch. &c. nam licet parochus proprie non administret sacramentum matrimonii; vulgari tamen, & abusive modo dicitur administrare, quatenus presentiam præstat huic sacramento; ergo si vicario alicui generaliter committat sacramentorum administrationem, censetur includere etiam assistentiam matrimonii: si v. g. inter duos parochos, vel capellanos bellicos est generalis conventio, aut consuetudo, ut alter alterius absentis vices suppleat in actibus parochialibus, valide alter loco alterius assistit matrimonio; cum talis commissio generalis non prohibeatur a Trid.

18. R. 3. Licentia presumpta de futuro non sufficit ad valide assistendum; bene vero presumpta, seu tacita de presenti, dum parochus est presentis, videt, non contradicit ei, qui vult assistere: ita com. Ratio 1. quia licentia presumpta de futuro, non est actu licentia, quam requirit Trid. sed tantum esset, si parochus adesset, ergo. Neque locum hic habet ratihabito ex reg. in 6. quia valor matrimonii non pendet ex solo mandato parochi, sed etiam ex consensu partium, qui sine actuali licentia parochi non est legitimus. Ratio 2. est ex reg. 43. qui tacet in 6. quia tacens tunc habetur pro consentiente, etiam in odiosis, dum facile possit, & deberet contradicere, & non contradicit: sed in dato casu parochus facile posset, & deberet contradicere; ergo. 2. Si licentia, conficito sacerdote, petita est, is valide assistit matrimonio; dummodo licentia prius sit data, licet nuncio in via existente necdum sit intimata: nam talis licentia censetur statim accepta a momento concessionis. Hoc tamen modo illicite agit sacerdos; quia sacramentum exponit periculo invaliditatis, casu, quo licentia est denegata, vel posteriori concessa. Si autem sacerdos inficior, licentia data est, donec intimeretur, non est valida assistentia; quia non censetur acceptata. 3. Ordinarii licentia, ut sacerdos assistat copulationi Titii cum certa persona, non sufficit ad assistendum contrahenti cum alia persona, cui Ordinarius interdixit matrimonium; quia iste casus specialis non venit in generali commissione ex reg. 81. in 6. at si dedit licentiam, ut assistat, præmissis denunciationibus, his omittis, valide assistit; quia concessio ista censetur conformis iuri, juxta quod matrimonium, omissis denunciationibus celebratum, est validum. 4. Licentia metu extorta valet, cum nullibi irriteretur, sicut irritatur concessio jurisdictionis metu facta l. 2. ff. de iudic.

I 4

judic. Dolus, nisi fit in causa finali, non vitiat licentiam; quia causa finalis vera, licet impulsiva sit falsa, sufficit ad validam impetrationem. 5. Revocatio licentia non prius sortitur effectum, donec ab Ordinario per se, vel per literas, aut nuntium sit intimata commissario, licet is aliunde sciverit esse revocatam: ita Sanchez, & alii ex lib. 17. ff. de off. praesid. nam licentia data est voluntate parochi, & accepta voluntate commissarii; ergo etiam utriusque voluntate dissolvi debet, scilicet per intimationem ab Ordinario, seu Parocho factam. *Nec obstat* paritas a delegato, cujus iurisdictione, re integra, expirat morte delegantis c. 20. de off. Deleg. quia delegatus non potest agere in virtute delegantis, utpote mortui; at in nostro casu commissarius tamen censetur agere in virtute parochi, donec revocatio mandati ei intimetur; quod etiam accidit in procuratore c. 13. de procur.

19. R. 4. Si sponsi actu sint divites parochiarum, valide assistit parochus, sive sponsae, sive sponsi: ita fertur declarasse S. Cong. nam propter unitatem hujus Sacramenti parochus sponsum sit parochus etiam alterius. I. Quoad licentiam attendi debet consuetudo diocesis, juxta quam in plerisque locis copulatio spectat ad parochum sponsae. II. Sponsus aequaliter habitans per annum in duplici domicilio, contrahere potest coram alterutro parochi; licet conveniens sit, ut contrahens in hunc, adhibeat parochum hujusmodi domicilii; & contra, Principes, & alii magnates coram parochi sui palatii contrahere debent. III. Vagi regulariter contrahunt coram parochi loci, in quo tempore contractus versantur, quia in eo foriuntur fori: licet Sanchez dicat probabile, quod vagi, vel saltem si unus sit vagus, eligere sibi possint parochum. Circa matrimonia vagorum observandum est praecipuum Trid. Sess. 24. cap. 7. de reform. Matrim. ut scilicet nullus parochus eorum matrimonium assistat, nisi prius facta diligenti inquisitione de ipsorum statu, & habitate, re tota delata ad Ordinarium, atque ab eo obtenta licentia. Quod sane fit propter evitandum periculum animarum, ne uxores uxoris superinducantur, prolihus nocentur, & alia mala perpetrentur. Idem die de matrimonio forensium, seu peregrinorum, qui alibi domicilium habent. IV. Militis in castris contrahunt coram Curione, seu Capellano castris, si is a Papa, vel Ordinario loci approbatus sit ad curam animarum; & si facultas Curionis extendat se etiam ad praesidia, potestas ista est non privativa, sed cumulativa cum potestate parochi, fac. Congreg. in una Belgii 1683. 29. Maji. Si vero Capellanus bellicus non sit approbatus ad curam animarum, militis contrahere debent coram parochi loci, in quo existunt; cum iste sit proprius eorum parochus. Ceterum approbatio ab Episcopo unius diocesis non extendit se ad aliam diocesim; & ideo non sufficit ad valide assistendum matrimonio militum, ad aliam diocesim discedentium.

Ex decretis Cong. Conc. relatis a Bened. XIV. Instit. Eccl. 33. rite contrahere possunt matrimonium coram parochi loci, intra cujus parochia limites degunt I. pater, iudex, medicus temporalis, professor alienigenae facultatis, discipuli, & famuli, licet exteri: circa quod punctum vide regulam ab Auctore allatam lib. II. tit. 2. de foro comp. n. 11. & seq. 2. Carceribus detenti, dummodo non detineantur pro custodia tantum, videlicet donec eorum causa iudicis sententia cognoscatur. 3. Puella exposita in hospicio spuriorum detenta. 4. Puella, quae in alio hospicio, seu conservatorio servatur, & eorumdem proveniens alitur, licet per breve tempus discedant suos domesticos invivere. Puella vero, quae data fide, & viro jam destinata per consanguineos inviva monasterii detinetur, ex generalibus decretis Congreg. Episc. & Regul. cit. Instit. relatis, extrahi debent ab istis monasteriis, licet Ordinario minime subiectis, ut contrahere possint coram Parocho, cujus aitioni paterna aedes adjecta iudicabitur. Quod si difficile sit ad extractionem devenire, illeque in alia parochia domicilium non habeant, tunc matrimonium contrahunt coram parochi, intra cujus parochiam situm est monasterium: si vero proprium domicilium habeant, coram hujusmodi domicilii parochi contrahent, ut probat idem Benedictus loc. cit.

Quis autem debet assistere matrimonio, quod ali-

quando inveniendum est ab eis, qui in xenodochiis in gravi via periculo versantur, ut animae saluti prospiciant, an scilicet xenodochii capellanus, vel parochus, in cuius aitione illud situm est, magna est contentio inter DD. ideoque standum erit in tali casu declarationi, seu deputati Ordinaris, ut ibidem sentit idem Pontifex. Verum tunc monendum erit agrorum, ne famulari restimur ad uxorem accedat, donec pariter iis, quae a S. Officio prescribuntur circa iuramentum ab eo prestandum de sua libera conditione, ceterisque impedimentis, juxta instructionem d. Tribunalis relatum a Corrado in praxi dispensat. lib. 7. c. 6. n. 23. si temporis spatium non supponat eam, atque matrimonium sive intra, sive extra praesentia xenodochia contrahatur.

Ceterum ex aliis decretis Cong. Conc. cit. Instit. relatis, parochus loci, ubi quis degit rusticationis, recreationis, vel negotiorum causa; seu ad quem quis se transfert solo animo contrahendi matrimonium, non autem contrahendi domicilium, non est proprius quoad ipsum matrimonium.

20. Q. VI. Quid, & quales esse debeant testes matrimonii intercessores? R. Saltem duo; in quibus tamen nulla specialis qualitas requiritur, sed sufficientes qualitates de iure naturali requiritur, scilicet usus rationis, & plena advertentia ad id, quod agitur inter sponsos: ita colligitur ex Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. ibi: duobus, vel tribus testibus: ubi pro testibus nulla specialis qualitas exprimitur; ergo nec nos illam require debemus, ne magis in hac materia correctoria recedamus a iure naturali. Ratio congrua est, quia favor matrimonii exposcit testes etiam minus habiles, uti sunt feminae, minores, infames arg. c. 6. de heret. in 6. ne pracludatur via contrahendis matrimonii; maxime cum minor idoneitas testium regulariter adjuvetur per excellentes testimonium parochi. Unde in hoc contractu cessat Edictum prohibitorium de testibus l. 1. & seq. ff. de test. Can. 2. placuit. 4. q. 3. c. 28. de sponsal. His non obstat c. 1. de consanz. nam ibi non agitur de contrahendo, sed dissolvendo matrimonio; quae dissolutio, ne fiat cum irreverentia tanti Sacramenti, exigit testes omni exceptione majores.

21. Q. VII. Qualis, & in quo loco debeat esse praesentia parochi, & testium? R. Praesentia ista non debet esse mere physica, sicut est dormientium, ebriorum; sed moralis, ut testes adsint modo humano, & intelligant, quid agatur, non mere casualis sine advertentia: si tamen testes, qui casu adventunt, admoneantur a sponsis, ut attendant contractui celebrando, sufficit eorum testimonium, cum per eos probari possit matrimonium: ita saepius decidit S. Congreg. Ob eandem rationem sufficit praesentia parochi, & testium vi, aut dolo extorta, ut cum, tenet contra Seguram, & saepius declaravit S. Congreg. nam hoc modo, cum probati possit matrimonium, obtinetur principalis finis Tridentini; & aliunde voluntaria praesentia nullibi a iure requiritur, ad valorem matrimonii. Huc valet illud J. C. lib. 209. ff. de V. S. scire, non esse vellet is debet, cum eo invito reite sit. Dices: Ad auctoritatem praesentiam requiritur praesentia moralis secundum intellectum, & voluntatem; puta, ut quis sciat, & velit contractum fieri lib. 1. in fin. ff. de auct. iur. sed parochus nomine Ecclesiae debet praestare auctoritatem matrimonio, & sponsos copulare per verba: ego vos coniungo, &c. ergo. R. Dist. min. debet praestare de ritu accidentaliter Conc. de ritu substantiali ad valorem matrimonii requiritur, N. m. Auctoritas parochi est solum ritus accidentaliter; & cons. sciente, & invito parochi, valide contrahitur matrimonium, non tamen licite; quia parochi coactio iniuria, & praecipio Ecclesiae contemptus inferitur; ac proinde ita contrahendo graviter peccatur. Similiter parochus, si data opera omittat consueta verba copulationis, videtur graviter peccare, cum talis omisio adveniat gravi praecipio; licet Sanchez. Gonz. & alii dicant non excedere veniale; quia verba ista nec sunt de fide Sacramenti, nec de ritu magni momenti.

22. R. 2. Matrimonium regulariter celebrandum est in Ecclesia propriae parochiae, ut habet cons. praxis. Potest tamen parochus proprius extra fines suae parochiae, imo & diocesis assistere matrimonio suorum parochianorum; quia talis assistentia nec est actus iudicialis,

iudicialis contentiosa; nec per se exigit actum Ordinis, sicut benedictio nuptiarum, neque locum a Trid. habet determinatum. Si tamen Parochus solemniter velit assistere matrimonio in aliena Parochia, opus habet licentia parochi loci, ne functiones eorum perturbentur. Ex causa aliqua potest parochus matrimonio assistere in oratorio, vel domo privata; ut si sponsus, vel sponsa aegrotet &c. Haec eadem proportionaliter observat commissarius, cui parochus licentiam dedit assistendi.

23. Q. VIII. Quomodo probetur valor matrimonii? R. 1. De iure Trident. probatur ex testimonio parochi, & testium, uti etiam ex libro parochiali; quia parochus in annotandis matrimoniis constituitur a citat. Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. instar notarii publici. 2. De iure veteri testimonium probandum est ab eo, qui assertit esse contractum, quia assertentis est probare ex l. 2. ff. de prob. ex qua regula suppletur textus c. 1. h. t. ibi: Viro incumbit probatio, puta assertenti, vel mulieri assertenti. Si uterque neget, non sunt cogendi ad matrimonium; si vero uterque affirmet matrimonium esse clandestinum contractum, eis credendum est c. 2. h. t. Porro matrimonium clandestinum, postquam ex iudicio Ecclesiae publicatum est, habetur pro valido, ac si ab initio in facie Ecclesiae contractum fuisset, c. 2. in fin. h. t. De legitimitate filiorum agitur tit. 17. & de benedictione nuptiarum tit. fin.

24. Q. IX. Quae sint poena clandestine contrahentium, vel matrimonio assistentium? R. 1. Contrahentes matrimonium sine denunciationibus sequentes incurrunt poenas: 1. Si tale matrimonium est invalidum ex quocumque impedimento dirimente, sive illud sponsi fecerint, sive non, proles ex illo genitae sunt illegitimae, c. fin. s. si quis h. t. nam ita contrahentes praesumuntur habere malam fidem, & scientiam latentis impedimenti. *Nec obstat*, quod cit. c. fin. mentio fiat tantum consanguinitatis, affinitatis, vel alterius conditionis; nam de aliis impedimentis eadem est ratio, & gradus prohibiti ponuntur per modum exempli, quod regulam non restringit. At si tale matrimonium publicatum est ab Ecclesia vel validum, proles sunt legitimae, ut comm. docet contra Maurum; siquidem in cit. c. fin. sermo est de prolihus natis ex matrimonio invalido. Imo facta publicatione, quae retrahitur, omnes proles ex tali matrimonio susceptae sunt legitimae; licet postea detegatur impedimentum laesum; quia approbatio Ecclesiae tollit omne vitium clandestinitatis, & praesumptionem ignorantiae assistente, Sanchez. lib. 3. disp. 42. & 43. Schmalz, & alii, licet Brunellus, Rosella, & alii dicant, illas tantum proles esse legitimas, quae nate sunt post approbationem Ecclesiae. 2. Altera poena est, quod contrahentes sine denunciationibus priventur omni spe impetrandae dispensationis in impedimento dirimente, Trid. Sess. 24. c. 5. de reform. quia non sunt digni gratia Ecclesiae, qui ejuslibet salutaria praecipia contempserunt: unde circumstantia ista aperienda est in supplicatione dispensationis. 3. Poena contrahentium matrimonium clandestinum absque praesentia parochi, & testium, praeter inhabilitatem ad sic contrahendum, est gravis, arbitraria, ab Episcopo insignita: ita jubet Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. gravior autem erit poena, si tale matrimonium de se invalidum consummatum est, cum & gravior sit delictum. In quibusdam diocesisbus statuitur poena excommunicationis, ut melior hujus decreti observantia habeatur.

25. R. 2. Poena parochi assistentis matrimonio sine praemissis denunciationibus, extra causam dispensationis, est suspensio triennalis ab officio, vel alia gravior pro qualitate delicti, c. fin. s. fin. h. t. Est autem ferenda sententiae ob verbum: suspendatur, neque privat fructibus, cum tantum sit ab officio, & non beneficio. Haec poena pro casu, quo omisae sunt denuntiationes, adhuc hodie durat, cum non reperitur a Trid. correctae. 2. Parochus, vel de ejus licentia alius sacerdos assistens matrimonio clandestino ob defectum testium duorum, vel trium, subiacet arbitrariae poena ab Episcopo insignenda ex Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. ubi etiam tali poena subiacent testes, sine parochi intercessente matrone. In hoc autem casu non habet locum triennalis suspensio lata cit. c. fin. h. t. tum quia hoc cap. loquitur de sacerdotibus copulantibus si-

ne denuntiationibus; tum quia, licet idem cap. procederet de copulantibus sine numero testium, tamen poena triennalis suspensionis a Trid. commutata est in poenam arbitriariam; siquidem nova poena nova materiae, & novo delicto apposita tollit poenam priorum materiae, & delicto appositam; sed hic nova poena apponitur novae materiae, & novo delicto; nam ante Trid. tale matrimonium valuit, post illud non valet, ergo.

26. R. 3. Sacerdos secularis, vel regularis, qui sine licentia proprii parochi ausus fuerit conjugere sponfos, vel eorum nuptias benedicere, incurrit isto iure suspensionem tamen, quamdiu ab Ordinario illius parochi absolutionem non obtinuerit, Trid. cit. S. 24. c. 1. de reform. matr. ibi: quod si quis parochus. Videtur autem suspensio ista ferri, non ut pura censura, & poena medicinalis, sed ut poena vindicativa prioris delicti, cum ejus absolutio relicta sit arbitrio Episcopi.

27. Sacerdos alienus ex simplicitate, vel ignorantia, etiam crassa, modo non sit supina, & affectata, ita assistens matrimonio, non incurrit dictam suspensionem a Trid. latam: ita Sanchez, Barbosa, & alii; nam Trid. loquitur de sacerdote praesumptuose, & temerarie assistente, ut patet ex verbo: ausus fuerit, quod temerariam audaciam, & praesumptionem significat, l. 7. si quis in tantam pervenerit audaciam C. unde vi. Auth. habitia C. ne filius pro patre: ibi: ut nullus de cetero tam audax inveniantur &c. sed qui assistit ex simplicitate, & ignorantia modicum crassa, non assistit praesumptuose, & temerarie: nam adhuc ignoranter facit, & non scienter, quod requiritur ad praesumptionem, & temeritatem; ergo non incurrit istam suspensionem. An vero sacerdos temere, vel ignoranter assistat, in foro externo colligi debet ex circumstantiis. Dices: ignorantia juris, praesertim notorii, ut hic, non excusat sacerdotem, ex reg. 13. in 6. quia sacerdotis est scire sacros canones c. 1. d. 38. R. Licet aliqua culpa sit in sacerdote ignorare Sac. Canones, tamen ignorantia ista, cum non faciat illum contumacem, excusat a censura suspensionis, uti etiam a poena vindicativa, si ad hanc incurrendam jus praeterequirat audaciam, & temeritatem.

28. R. 4. Sacerdos regularis praesumens sine licentia proprii parochi solemnizare matrimonium, praeter suspensionem a Trident. latam, non incurrit excommunicationem latam in Clem. 1. de priviil. ita fertur declarasse S. Congreg. oppositum tamen tenet Sanchez. Navar. & alii. Prob. excommunicatio lata in cit. Clem. locum habet, dum regularis assistit matrimonio clandestino valido, ex quo olim multa incommoda sequebantur, testantur Trid. Sess. 24. c. 1. pr. de reform. matr. ergo cum poena non sint laxandae, poena ista extendi non debet ad casum diversum, dum regularis assistit matrimonio clandestino hodie invalido, ex quo tot mala non sequuntur. Praeterea hic nova est materia, novum delictum, & novum jus Trident. ergo etiam nova est poena suspensionis, per quam antiquata est poena anterior excommunicationis, alteri delicto constituta. Dices: Tunc poena posterior mitior corrigi priorem severiorem, quando venit infligenda ministerio iudicis, non quando utraque ipso iure incurrenda statuitur, ut tenet frequens DD. opinio; sed hic utraque poena excommunicationis, & suspensionis incurritur ipso iure; ergo posterior non tollit priorem. R. Omisissimila opinio, dist. maj. si poena posterior feratur super eadem materia, eodemque delicto, transf. maj. si super diversa materia, & diverso delicto, neg. maj. aliud autem fuit olim, aliud est hodie assistere matrimonio clandestino; & ideo alia dispositio, alia poena.

29. Q. X. An Episcopus absolvere possit parochum, vel alium sacerdotem a suspensione lata in c. fin. s. fin. h. t.? R. Sanchez lib. 3. de marr. disp. 48. n. 2. ait, hoc tempus trienni posse ex causa iusta augeri, vel minui, & disp. 52. n. 2. ait, Episcopum non posse ab hac suspensione absolvere, pro qua sententia plures DD. citat. sed probabilius R. Affirmative; ita Host. Jo. Andr. Praepos. & alii: nam tempus triennium committitur arbitrio Episcopi, ut illud laxare, vel stringere possit, ut fatetur Sanchez, & alii arg. e. 5. de appell. ergo etiam in arbitrio ejus est ex iusta causa absolvere ante triennium, cum regulariter ejusdem sit

fit in solvendo, cuius erat in ligando arbitrium: tum quia a censura non reservata Episcopus potest absolvere per titulum c. 29. de sent. excom. ibi: quia conditor Canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alii relaxandi; sed suspensio triennis cit. c. fin. statuta non reservatur Papae, ergo. Dices: Poena in tempore definitum lata a Conc. gener. nequit ab Episcopo tolli, cum iste sit inferior Conc., & jure comm. ergo. R. Dist. ant. si tempus istud non relinquatur arbitrio Episcopi, vel si poena sit reservata, conc. ant. secus, neg. antecedens.

TITULUS IV.

De Sponsa duorum.

Agitur de hac materia in Decreto 27. q. 2. maxime Can. fin. & in Trid. S. 24. Can. 2. & examinatur hic duplex impedimentum ligaminis: alterum impediens ortum ex sponsalibus; alterum divimens ortum ex matrimonio. Ne vero rubrica ista sit incompleta, in ea subintellige alteram partem: de sponsa duorum.

1. Q. I. An ex sponsalibus oriatur impedimentum juris naturalis, prohibens contrahere cum alia? R. 1. Affirmative ex c. 1. h. t. nam spectato jure naturali, res uni promissa, alteri illicite traditur, cum prima fides violatur; sed per sponsalia promittitur sponsae corpus, & futurum matrimonium; ergo licite alteri tradi non potest; si tamen tradatur, initio matrimonio de praesenti, valet matrimonium, cit. c. 1. h. t. c. 22. c. 31. de sponsal. c. arg. l. 15. C. de R. V. quia vinculum matrimonii fortius est sponsalibus.

2. R. 2. Sponsalia dissolvere regulariter non potest Papa, nisi vi dominii alti ex iusta, & gravi causa; nam Papa ligatur jure naturali: neque jus alteri questum tollere potest, nisi addit iusta causa sufficiens ad iritationem prioris consensus: quia iritatione facta, indirecte tollitur obligatio sponsalium per subductionem materiae. Haec tamen potestas irritandi non est concessa Episcopo, ut colligitur ex c. 10. de sponsal. cum jus questum tollere non possit, nisi supremus princeps.

3. R. 3. Sponsalia priora non dissolvuntur per posteriora jurata, vel per copulam firmata: ita comm. ex c. 22. c. 31. de sponsal. Ratio primi, quia per sponsalia priora jus matrimoniale est uni promissum; ergo de jure naturali valide promitti alteri nequit, etiam accedente juramento; quia hoc in praedictum tertium non tenet c. 28. de jurej. ne sit vinculum iniquitatis: unde posteriora sponsalia sunt jure naturali invalida, neque obligant, etsi priora dissolverentur; nisi per accidens sub hac conditione inita fuissent, ut valerent, si priora dissolverentur. Ratio secundi, quia copula illicita non tribuit jus resolvendi priorum contractum, neque per illam tolli debet jus alteri sponso questum, ergo. Excipe locum, ubi Trid. non viget: ibi enim, si copula facta est affectu conjugali, sponsalia secunda transeunt in matrimonium. In illo casu, quo sponsa secunda deflorata, ignara priorum sponsalium, patetur damnum aliter non reparabile, nisi per matrimonium, sponsa prior saltem ex charitate teneretur remittere jus suum, ut docet Sanchez: ad id tamen in rigore ab Episcopo cogi non potest: quia non apparet jus aliquid, ratione cuius cogatur aliquis cedere jure suo, ut proximus a gravi damno liberetur. In praxi parochus, vel Episcopus suadere potest amicabilem compositionem, si hac sit possibilis. Dices: conditio deflorata est favorabilior, & aequitatis conformior, quia ista certat de damno vitando. R. Neg. ant. nam etiam prior sponsa certat de damno vitando, ne jure questio spoliatur: imo si per tales deflorationes priora sponsalia solverentur, lata esset porta ad dissolutionem plurium sponsalium.

4. R. 4. Sponsalia per subsequens matrimonium cum alia initum probabiliter non solvuntur, sed tantum suscipiuntur; ita Adrian. Vega, Schmier, Schmalz, & alii contra Sanchez, Laym. Gurtier &c. quorum sententia est aequae probabilis. Prob. 1. negative, nam talia sponsalia non solvuntur jure naturali; quia hoc jure stat obligatio sponsalium cum matrimonio, quatenus respicit tempus habile soluti matrimonii; neque solvuntur jure positivo, c. 1. h. t. cap. 22. c. 31. de sponsal. quia in his iustibus plus non dicitur, quam priorem fidem esse violatam, matrimonium valere cum secunda, neque conjuges esse separandos; non vero dicitur sponsalia esse penitus extincta, ergo. Ratio est, quia lex iustitiae non admittit, ut pars laedens, periniquam matrimonium eximat se ab obligatione iustitiae in primis sponsalibus contracta; ergo talis obligatio perseverat, ut soluto per mortem matrimonio, sponsus teneatur priorem sponsam ducere. Interim ex parte innocentis, si vult, est iusta causa refiliendi a sponsalibus, & ad alia vota convolvandi. Dices: 1. Can. fin. 27. q. 2. violanti fidem sponsalium sola poenitentia imponenda est, ibi: poenitentiam debet agere de fide mentita. In cit. c. 22. de sponsalib. ibi: quia primam fidem irritam fecit; ergo priora sponsalia irritantur, seu solvuntur, ut dicitur in summario. 2. Fortior obligatio perimit debiliorem arg. c. 5. de regul. in 6. sed obligatio matrimonii est fortior obligatione sponsalium, ergo. 4. Triste est, & plenum periculi expectare mortem alterius conjugis arg. l. 83. §. 5. ff. de P. O. ubi relictur obligatio dandi rem sacram, & Stichum, ubi illa profana, & iste servus fuerit: idem reperitur l. 98. §. fin. ff. de solut. 5. Venditor secundo emptori rem tradens, non tenetur cum tradere primo, et si redeat in ejus dominium l. 15. C. de R. V. ergo a pari. R. ad 1. Propter hoc delictum poenitentia imponenda est, sed per hoc prior obligatio non extinguitur. Ad 2. Facere fidem irritam, est illam violare, sed non obligationem illius penitus extinguere: sicut voventes castitatem, si contracto matrimonio, primam fidem irritam fecerunt, nihilominus ligantur voto castitatis, ut soluto matrimonio, aliud inire nequeant. Ad 3. Si fortior obligatio quaestita sit eidem persone, extinguit debiliorem, sicut votum strictioris Religionis extinguitur per professionem in laxiore Religione, idque propter conscientiae tranquillitatem cit. c. 5. at hic obligatio sponsalium, & matrimonii quaestita est diversis personis. Ad 4. Periculum istud prior sponsa non induxit, adeoque per accidens est. Paritas de re facta, & Stichum non probat, quia favore Religionis, & libertatis res facta, & servus manumissus plene ponuntur in alio statu, & extra commercium humanum: at maritus non ponitur extra statum contrahentium, quia soluto matrimonio, contrahere potest, sicut dicitur Stichus promissus interim ab hostibus captus, & area promissa, in qua dominus aedificavit, postquam impedimentum captivitatibus, & aedificii sublatum fuerit cit. l. 98. Ad 5. neg. ant. ex multorum sententia; quia jus personale primi emptoris non est extinctum; ergo si res ad venditorem redeat, teneatur eam primo emptori tradere; vel omit. ant. & neg. conf. nam solutio matrimonii pendet a causis naturalibus, adeoque obligatio in illud tempus habile recte subsistit; e contra recuperatio rei venditae, & traditio pendet a causis liberis, & pendet etiam a voluntate venditoris, ut eo nolente, non acquiritur ei; adeoque obligatio ista pendens a voluntate obligati, est profusa inutilis. Unde in tali casu jus venditoris vult condemnari ad interesse primi emptoris l. 1. pr. ff. de action. emp.

5. R. 5. Obligatio contrahentis sponsalia secunda est, ut reparat omnia damna inde secuta, sive prime, sive secunda sponsae: nam delicto suo proximum ledens, tenetur ex iustitia restituere, & damni illationem rescire: unde si sponsa secunda ignara priorum sponsalium (scienti contra, & volenti non fit injuria) deflorata est sub spe, & promissione matrimonii, & prior sponsa jus suum non vult remittere, dampnum inde secutum reparandum est; & quidem in conscientia ante sententiam Judicis. Si vero nullum dampnum sequatur, sponsus ad nihil tenetur, cum sola virginitatis ablatio non sit pretio aestimabilis.

6. Q. II. An ex matrimonio, seu sponsalibus de praesenti oriatur impedimentum ligaminis divimens aliud matrimonium, prioris scilicet, contrahendum? R. 1. affirmative c. 1. 2. 3. c. fin. h. t. nam matrimonium de jure naturali est conjunctio unius viri cum una muliere juxta illud; erunt duo in carne una; ergo matrimonium ita ligat conjuges, ut in sensu composito aliud non admittat: Unde primum matrimonium ratum non solvitur per subsequens consummatum c. 31.

TITULUS V.

De conditionibus appositis in desponsatione, & aliis contractibus.

Agitur de hac materia in Decreto 32. q. 2. sparum. Et applicari possunt ea, quae traduntur tit. ff. de condition. & demonstr. c. tit. de V. O. c. tit. de condition. institut.

1. Nota 1. Conditionem conformiter hinc rubricae definiti, quod sit affectio orationis suspendens, vel resolvens contractum, ejusque obligationem. Dividitur 1. In suspensivam, quae obligationem actus suspendit, seu differt, donec ipsa conditio existat, v. g. ducam te, si mille attuleris: & resolutivam, quae obligationem ab initio puram dissolvit, & nullam reddit, v. g. ducam te, nisi intra octiduum ditor sponsa se obtulerit: fundus tibi venditus esto, nisi intra proximas calendas alius emptor plus obtulerit. Vide tit. ff. de in diem additione. 2. In possibilem, quae evenire potest, & impossibilem, quam evenire repugnat, ut si chymeram obtuleris. 3. Possibilis subdividitur in necessariam, quae naturaliter existit, v. g. si cras sol orietur, vel ex suppositione decreti divini certo ponitur, v. g. si Antichristus extiterit: & contingentem, quae potest evenire, vel non evenire, ut si pater consentierit. Et haec vel est potestativa, seu arbitraria, quam implere est in potestate contrahentis, v. g. si capitolium accendetur, si mihi obsequium praestiteris &c. vel casualis, seu fortuita, quae pendet ex eventu incerto, & fortuito; ut si navis ex India venerit: vel mixta, quae partim a libera voluntate, partim ab incerto eventu pendet, v. g. si ex Italia in Germaniam veneris. 4. Impossibilis, alia est ex natura rei, quam existere natura rei prohibet; ut si chymeram dederis, digito capulum attingeris: alia impossibilis de facto, quae propter summam difficultatem existere nequit: ut si dicas mendicem, ducam te, si millionem aureorum pro dote dederis, si me Regem feceris: alia impossibilis de jure, seu iuris, quam ponere jus vetat naturale, divinum, aut humanum; ut si mecum fornica fueris &c. nam quod lege non licet, id nec nos posse existimare debemus, l. 15. ff. de condition. institut. Huic opponitur conditio honesta, quam jus non reprobatur in contractibus. Rursum conditio impossibilis de jure, alia est contraria substantiae matrimonii, seu triplici ejus bono; alia, quae ita non contrariatur, de quibus infra. 5. Conditio alia est de praesenti, quae facit actum dependere ab eo, quod actu existit: alia de praeterito, quae facit actum dependere ab eo, quod jam existit: alia de futuro, quae facit actum dependere ab eo, quod primo existit. Item alia est expressa, quae conceptis verbis apponitur: alia tacita, quae ex mente contrahentium, vel juris dispositione contractui inest, vel generaliter in omni contractu, v. g. si poteris; vel specialiter in certo contractu, v. g. in sponsalibus, si nullum impedimentum intervenierit, si res in eodem statu permanerit &c.

2. Nota 2. ex dictis conditionibus illam de futuro contingenti esse proprie dictam conditionem l. 10. ff. de condition. institut. cum haec sola differat actum: unde a natura conditionis deficit conditio necessaria, impossibilis saltem naturaliter, vel de facto, & ea, quae est de praeterito, vel praesenti. Hic tamen paulo latius de conditionatis desponsationibus agemus, prout etiam eis admittentur conditiones improprie tales.

3. Q. I. An, & quae conditiones de futuro sponsalibus, & matrimonio apponi possint? R. 1. Conditio de futuro contingenti apponi potest sponsalibus, & matrimonio: ita colligitur ex c. 3. §. h. t. nam sponsalia, & matrimonium sequuntur naturam aliorum contractuum; neque numerantur inter illos actus legitimos, qui conditionem non recipiunt, nec diem ex res. 77. ff. c. res. 50. in 6. ergo initi possunt sub conditione, nisi specialiter talis conditio a jure reprobetur.

4. R. 2. Conditio honesta de futuro contingente suspendit valorem desponsationis: ita comm. ex c. 3. §. h. t. l. 97. §. 2. ff. de P. O. nam natura hujus conditionis est suscipere obligationem actus, donec ipsa conditio existat. Si tamen ejus existentia culpabiliter ab

de sponsal. c. fin. h. t. quia corpus uni traditum, alteri invalide traditur. Et quia hoc impedimentum est juris naturalis, hodie sublato per Christum libello repudi, ligat etiam Judaeos, & alios infideles. Nec obstat c. 3. h. t. quod Pontifices aliter circa hoc judicaverint: nam iudicium istud non fuit cathedralis definitio, sed forsan privata litis decisio, aut opinio, in qua Papa errare potest. Dices: Si ligamen matrimonii est juris naturalis, nec Deus in eo dispensare potuisset; quod falsum esse constat ex libello repudi, & polygamia Patriarcharum. R. Dist. seq. si est juris naturalis absoluti, & quoad materiam invariabilis, sicut mendacium, haeresis &c. nec seq. conditionati, & quoad materiam variabilis, neg. seq. In illis circumstantiis, in quibus Deus remittit jus conjugale, vel uni viro concedit jus in plura corpora uxorum, Jus naturale non extendit se ad ejusmodi matrimonia, ut pote ex parte materiae subducta a communi obligatione.

7. R. 2. Polygamia, seu pluralitas uxorum cum eodem viro simul, adversatur juri divino, & naturali: ita quoad rem comm. DD. catholicorum cum Trid. S. 24. Can. 2. negantium vero opinio sane est intelligenda, quod scilicet polygamia non adversatur juri naturali absolute, & ex parte materiae immutabilis, sicut ei adversatur odium Dei, mendacium, & similia, quorum materia in nulla circumstantia honestati potest Proh. de jure dita Gen. 21. v. 24. ubi Adam, vel potius Deus ore Adami dixit: adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una: non uxoris, nec plures, sed duo in carne una, ut advertit Innoc. III. cap. 8. de divor. & Christus Dominus Matth. 19. v. 9. dicit eum mactari, qui, uxore dimissa, aliam ducit, & a fortiori, si prima retenta, aliam superinducat. Prob. de jure naturalis nam praecceptum illud, quod Deus per os Adami publicavit, non erat mere positivum, sed simul naturale: cum praeter praecceptum de pomo non comedendo, non fuerit aliud in paradiso mere positivum, ut communiter tatenur Doctores. Ratio etiam est, quia pluralitas uxorum adversatur bono matrimonii, & fini saltem secundario: nam contraria est bono pacis, & tranquillitatis domesticae; quia pluralitas uxorum causa est discordiarum: bono prolis, seu generationi saltem secundum quid; quia vir pluribus copulatus minus fecundus esse solet, ut patet in Salomone ex tot uxoris unum Roboamum suscipiente 3. Reg. 1. v. 43. bono uxorum, jure remedio concupiscentiae, quia singulis ex pluribus uxoris pro placentio suo non possunt uti marito, ergo. His accedit communis consensus gentium bene cultarum, quae matrimonium in conjunctione unius viri cum una femina constituit. Quia vero corpora humana subsunt supremo dominio divino, ideo communis TT. & Cann. docet, Deum ex parte materiae dispensare posse, ut unus vir jus habeat in plura corpora mulierum.

8. R. 3. Polyviria, seu pluralitas virorum cum una uxore omni juri est contraria: nam adversatur primario bono, & fini matrimonii, scilicet generationi; quia haec impeditur ex admisione plurium virorum, ut patet in meretricibus: & bono educationis prolis; quia pater esset incertus, & ita quiesce prolem negligeret. Iudicio tamen de absoluta potentia Dei fieri posse, ut una mulier matrimonio copuletur pluribus viris; nam hoc totum subsistit dominio Dei: neque tale matrimonium continet materiam absolute inchoestabilem, aut primario sine frustratur: siquidem tali casu Deus providere possit, ne noceret generationi, & bono prolis; maxime si viri successively post singulas generationes essent admittendi.

9. R. 4. Polygamia: plurium uxorum sub uno viro nulla humana potestate concedi potest: ita comm. quam sequitur Inn. III. c. 8. de divor. S. D. in 4. d. 33. §. 1. ar. 2. nam jus in corpora Deum suo dominio reservavit; nec talem potestatem relaxandi jus naturale, & divinum principibus, aut Pontificibus concessit.

ab altero impediretur, conditio haberetur pro impleta l. 161. ff. de R. J. uti etiam in casu, quo ab illarecederet. Licet autem in sponsalibus, utpote natura sua solubilibus, conditio de mutuo consensu apponi possit post sponsalia contracta; tamen matrimonio, utpote ex natura sua insolubili, apponi nequit, nisi in ipso contractu matrimoniali.

5. R. 3. Matrimonium, purificata conditione perficitur, seu transit in absolutum absque novo consensu: ita Inn. Fagn. Sanch. & alii contra Sotum, Covar. Barbof. &c. quorum sententia, licet mihi videatur minus probabilis, est tamen rutilior, & suadenda in praxi ad tollendos omnes scrupulos. Prob. arg. aliorum contractuum, qui purificata conditione, transeunt in absolutum absque novo consensu l. 7. ff. de contrah. emp. l. 11. ff. qui prior. in pignor. uti sunt sponsalia c. un. de sponsal. in 6. quia consensus prior moraliter perseverat, sicut consensus principalis contrahentis per procuratorem; ergo posita conditione, consensus matrimonialis sunt absoluti, & eodem momento conficitur Sacramentum matrimonii; presertim si conditio notorie existat, atque innoteat parochi, & testibus, Quodsi existentia conditionis non sit notoria, docent Nav. Rodriq. Sanch. Fagn. & alii ex Decreto S. Pii V. & Clem. VIII. non esse opus, ut parochi, & testibus manifestetur impletio conditionis; quia hec retrahitur ad tempus celebrati matrimonii coram parochi, & testibus; & Tridentino satisfiit, eo quod matrimonium istud sit probabile; neque contrahentes ad aliud convolare possint, donec discutatur causa prioris matrimonii. In praxi tamen securius est, ut impletio conditionis manifestetur, parochi, & testibus; quia hi testificari non possent de matrimonio absoluto, Laym. Engl. Schmier &c. Ex nostra sententia sequitur, quod matrimonium post impletam conditionem contractum cum alia non valeat; quia ei obstat prius ligamen jam absolutum: valeat vero in sententia opposita, antequam novus consensus absolutus ponatur. Dices: c. 5. h. t. ante eventum conditionis non est quis cogendus ad matrimonium contrahendum; ergo post eventum conditionis est cogendus ad contrahendum; & consequenter contractus matrimonii non fit sola conditione impleta, sed novo consensu. 2. S. D. in 4. d. 29. q. un. ar. 3. q. 3. comparat matrimonium conditionatum sponsalibus; sed post hec requiritur novus consensus absolutus, ergo. R. ad 1. Ex contextu patet, quod ly ad contrahendum accipitur abusive loco ad consummandum. Ad 2. Comparatio ista fit tantum in hoc, quod consensus conditionatus non facit Sacramentum, quod verum est; impleta autem sensibilibus conditione, consensus sunt absoluti, & faciunt Sacramentum.

6. R. 4. Hec conditio: si patri placuerit censetur impleta, si pater vel expresse consentiat, vel tacens non contradicat; quia sensus illius est: si pater non reproboverit, aut egre tulerit: at si pater primo dissentiat, deficit conditio, etsi mutata voluntate, deinde consentiat; cum conditio ista intelligatur de primo consensu arg. l. 29. ff. de condition. & demonstr. Cui non obstat c. 7. de procurat. in 6. quia mandatum procuratorium non supponitur esse hoc modo conditionatum; adeoque procurator, etsi primo dissentiat, tamen antequam revocetur mandatum, liberam habet facultatem illud acceptandi, ita Jure disponente.

7. R. 5. Si contracta sunt duo matrimonia conditionata, illud prevalet, cujus conditio citius impleta est, esto posterior sit contractum; nam absolutum prevalet conditionato; sed impleta conditione, fit absolutum, & Sacramentum, ergo: at si utriusque conditio eodem tempore impleatur, neutrum valet, quia utrumque est incertum, & alterum alteri est impedimentum, Sanch. & alii. At in sponsalibus, sicut dispar est ratio, ita priora semper prevalet posterioribus ex reg. 54. in 6. qui prior tempore, prior jure.

8. Q. II. Quam vim habeat conditio de preterito, presens, vel futuro necessario? R. 1. Nulla ex his conditionibus suspendit actum; sed si conditio vera est, statim matrimonium evadit absolutum, & validum; invalidum vero, si conditio deficit, §. 6. Inst. & l. 120. ff. de V. O. nam circa preteritum, & presens nulla datur dilatio; futurum vero necessarium, sive naturaliter, ut si cras dies erit, sive ex suppositione decreti

infallibilis, ut si Antichristus venerit, in jure habetur pro presenti l. 9. §. 1. ff. de novat. ergo: unde matrimonium sub hac conditione: si nobilitas est, & non fuerit fornicata, existente nobilitate sine fornicatione valet; altero horum deficiente, non valet. Excipit, nisi conditio necessaria ex mente contrahentium alteretur, & temporis determinationem significet, v. gr. duco te, si mater moriatur, hoc est, post mortem matris.

9. R. 2. Conditio de futuro, que tacite inest, nihil speciale operatur, etsi exprimitur: unde relinquit matrimonium validum, v. g. duco te, si Religionem non elegero: prodest tamen ad evadendam penam in male contrahentes statutam, ut duco te, si non es consanguinea mea; quo casu non incurritur excommunicatio Clem. un. de consanguinis. Si tamen conditio alio modo exprimat, quam inest, vera est conditio de futuro suspensiva, v. g. duco te, si Episcopus pronunciaverit nullum esse inter nos impedimentum. Ex his plures particulares questiones solvi possunt, v. g. duco te, si Deo placeat, si Christus est in hac hostia, si frater tuus est verus sacerdos &c. sed ejusmodi questiones ad praxim non facientes sanius omittuntur.

10. R. 3. Copula carnalis subsecuta non remittit conditionem de preterito, aut presens, nisi aliud actum sit inter partes: unde corripit matrimonium inchoatum sub conditione: si nobilitas est, deinde deinde ignobilitate patris: nam tale matrimonium ab initio est nullum; nisi deinde coram parochi, & testibus cum remissa conditione renovetur. Nec obstat c. 3. §. 6. h. t. nam jura ista procedunt de sponsalibus, quibus annexa conditio presumitur remitti per subsequentem copulam: secus est in matrimonio; nisi speculative dicas remissionem conditionis retrahit ad tempus iniri matrimonii.

11. Q. III. Quid operentur conditiones ex natura rei, vel de facto impossibiles? R. 1. Conditio impossibilis adjecta matrimonio habetur pro non adjecta, & matrimonium per se relinquit absolutum, & validum: ita decisum est c. fin. h. t. que decisio fundatur in presumptione facti, quod conditio ista adjecta sit joci causa, non vero animo serio irritandi matrimonium. Sic etiam in ultimis voluntatibus conditio impossibilis habetur pro non adjecta, §. 10. Inst. de hered. Inst. l. 3. & l. 6. §. 1. ff. de condit. & demonstr. nam in contrahendis nuptiis, & disponendis ultimis voluntatibus nemo censetur intulit, & sine effectu agere. Hec tamen dispositio, utpote exorbitans, non extenditur ad alios actus, sed in his; conditio impossibilis habetur pro adjecta, & vitiat valorem actus: ut in sponsalibus, & aliis contractibus. At si presumptio ista fallat, coram Deo, & in foro conscientie nullum est matrimonium; imo & in foro externo, si ex circumstantiis constet conditionem impossibilem serio esse adjectam, ut contrahens ostenderit, se nullo modo vellet obligare; ut si princeps rusticus dicat: duco te, si calum digito reigeris &c. Item si contrahentes ignorarunt constitutionem c. fin. h. t. vel erronee cogitarunt conditionem esse possibilem. Ceterum doctrina ista locum habet non tantum in conditione impossibili de futuro, ut vult Zoes, Sylv. & alii, sed etiam de preterito, & presens; ut docent Covar. Reiff. Schmalz. Schmier, & alii; quia conditio impossibilis rejicitur ex eo, quia omnino impossibilis est; non vero quia ad impossibile obligat: ratio autem impossibilitatis etiam est in preterito, & presens l. 45. ff. de hered. instit.

12. R. 2. Conditio impossibilis defacto, que nec auxilio amicorum impleri potest, habetur pro non adjecta, & matrimonium relinquit validum; ut si quis pauperi dicat, duco te, si decem millia aureorum pro dote auxeris: nam pauperi tamen impossibile est istam quantitatem asserere, quam digito calum tangere. At conditio, que solum difficilis est, superabilis tamen per favorem amicorum, suspendit valorem matrimonii, quia difficultas non liberat: lib. 137. §. 4. ff. de V. O.

13. R. 3. Matrimonium contractum cum hac conditione: si Papa dispensaverit, valet conditionate; modo adit iusta causa dispensandi, & impedimentum regulariter sit dispensabile: ita Covar. Reiff. Wex & Schmalz, & alii, contra Host. Sylv. Card. de Luca &c. Prob.

Prob. ex principio generali, quia actus tempore inhabili gestus, si referatur in tempus habile, valet, dummodo habitus facile, & communiter obtineri possit, l. 62. ff. de hered. instit. l. 59. ff. de condit. & demonstr. l. 3. ff. de reb. dub. &c. ubi dicitur valere in futurum, vel legatum sub conditione, cum capere potuerit, si restitutionem civitatis deportato imperaverit; si deportatus consul saltus fuerit; siveque exempla obvia in Episcopo veniente Religionem, si Papa indullerit; in renuntiante beneficium cum reservatione pensionis, si Papa admiserit, in vendente feudum, si dominus consenserit, in postulato acceptante postulationem, si Papa illam admiserit &c. Sed si adit iusta causa dispensandi, & impedimentum sepe, & facile a Papa solet dispensari, habitus ad absolute contrahendum matrimonium facile potest obtineri per dispensationem; ergo subsistit tale matrimonium sub conditione: si Papa dispensaverit: pro hac sententia stetit sepius S. Rosa. Jura vero in contrarium, & alia decisiones locum habent in illo casu, quo non adest iusta causa dispensandi, vel impedimentum regulariter est indispensabile, vel eventus conditionis potius timendus est, quam expectandus; ut si liber factus fuerit servus, si res sacra fuerit profana: quo sensu explicantur l. 35. §. 1. l. 83. §. 5. l. 137. §. 6. ff. de V. O. l. 39. §. 8. & sequ. ff. de legat. 1. Jam si sponsalia contracta sunt sub dicta conditione, Papa dispensat ad contrahendum; si matrimonium, dispensatio tendit ad illud purificandum, & absolutum reddendum. Quia vero conditio dispensationis pontificie est propria extrinseca, impedit, contrahendo sponsalia, vel nuptias, si conditionem istam non exprimat, nihil agunt, l. 35. §. 1. ff. de V. O. imo subsistat penis indebite contrahentium.

14. Q. IV. Quid operetur conditio turpis, seu impossibilis de jure? R. 1. Conditio turpis de futuro, v. g. duco te, si patrem occideris, habetur in matrimonio pro non adjecta, & conf. valorem absolutum matrimonii non suspendit: ita decisum est c. fin. h. t. que decisio fundatur in presumptione facti, quod contrahens adjectat hanc conditionem nugatorie sine animo alterum obligandi: nam Ecclesia semper presumit id, quod honestum est, & excludit peccatum, ergo; cum conditio turpis invitet ad peccatum, Ecclesia presumit illam non esse serio adjectam, & conf. habet illam pro non adjecta in matrimonio, sicut in ultimis voluntatibus l. 15. ff. de condition. instit. Si tamen presumptio fallat, & conditio turpis animo serio adjecta est, in foro conscientie suspendit valorem matrimonii, donec impleatur; cum presumptio cedat veritati, sicut supra dictum de conditione impossibili n. 11. Hec dispositio extorbitans, & matrimonio, & ultimis voluntatibus non est extendenda ad sponsalia, & alios contractus, sed in his conditio turpis habetur pro adjecta, nisi constet, eam joco adjectam fuisse.

15. R. 2. Conditio turpis de preterito, vel presens habetur pro adjecta, & conf. valor matrimonii ab ea pendet, S. D. in 4. d. 29. q. un. ar. 3. nam licet c. fin. h. t. generaliter loquatur, tamen pressius est intelligendum de illa conditione turpi, que proprie est conditio, & invitatur ad peccatum, uti est conditio turpis de futuro; sed conditio turpis de preterito nec est proprie conditio, nec invitatur ad peccatum, sed preceps importat factum, cui contrahens suam intentionem alligat, ergo. Unde hic contractus: duco te, si patrem tuum occideris, si superba es, valet, verum existente conditione; ea vero non existente, non valet. Dices: conditio impossibilis de preterito habetur pro non adjecta, ergo & turpis de preterito. R. Neg. con. nam impossibilis rejicitur ex sola causa impossibilitatis; turpis vero ex eo, quia invitatur ad peccatum; que causa reperitur in sola conditione turpi de futuro.

16. R. 3. Hec conditio: duco te, si dederis centum, in jure reputatur turpis, & amore libidinis facta, l. 97. §. 2. ff. de V. O. l. 2. ff. de donat. inter V. & U. Excipit, nisi adjecta sit ex iusta causa v. g. in compensationem dotis, nobilitatis &c. 2. Hec conditio: si te virginem invenero, si intelligatur de exploratione illicita per concubitum, turpis est; honesta vero, si intelligatur de exploratione licita per matronas honestas. 3. Hec conditio: si corporis usum dederis,

relata ad explem bimestre matrimonii, relinquit matrimonium absolutum; quia tacite inest ob jus maritalitatis ad copulam; relata vero ad primum bimestre, quo deliberari potest de ingressu Religionis, est conditio indifferens; adeoque suspendit valorem matrimonii, quod etiam faciunt conditiones impertinentes, v. g. duco te, si cras serenum fuerit &c.

17. Q. V. Quid operetur conditio contraria substantia matrimonii? R. 1. Talis conditio de futuro ad utroque contrahente apposta vitiat valorem matrimonii: ita decisum est c. fin. h. t. nam spectato jure naturali, nulla res subsistit sine suis substantialibus v. g. ut commodatarius non habeat jus utendi, mutuatarius non fiat dominus rei mutuo accepte &c. ergo necque subsistit matrimonium, si apponatur conditio ad verba ejus substantia, seu triplici ejus bono, scilicet bono prolis, generandae, & educandae v. g. duco te, si generationem prolis exiteris, sterilem te feceris, prolem suffocaveris &c. bono fidei quo ad petendum, & reddendum debitum, & cum extraneo non adulterandum v. g. duco te, si debitum non exegeris, alteri te prostituendam tradideris &c. bono Sacramenti expositi individuum vite societatem, & insolubilitatem v. g. duco te, si nunquam mihi cohabitaveris, si meliorem, vel donec diuorem invenero &c. Si talis conditio adjecta sit ab uno contrahente, & ab altero rejecta, valet matrimonium, quia altera pars contradicenti acquiescens, censetur a conditione recedere.

18. R. 2. Conditio de se honesta, contraria bonis matrimonii, vitiat illud: unde non valet matrimonium cum hac conditione, & pacto: si mecum imperpetua continentia vivas, si castitatem vovas: ita S. D. in 4. d. 28. q. un. ar. 4. ad 3. Sanch. Laym. Zoes, & alii contra Palud. Abul. Pont. Schmier, Picher &c. nam c. fin. h. t. absque distinctione inter conditionem turpem, & honestam generaliter statuitur vitia matrimonii per conditionem contrariam substantia matrimonii; sed dicta conditio est contraria substantia matrimonii, seu bono prolis, cujus generatio evitatur, ergo. Ratio est, quia duo jura contraria, & duae obligationes contrarie stare simul nequeunt in eodem contractu; sed hoc acciderit in presenti: nam vi matrimonii acquireretur jus petendi, & obligatio reddendi debitum: vi pacti vero, & dictae conditionis acquireretur jus alterum, obligans ad non petendum debitum, & obligatio ad illud non reddendum: que jura, & obligationes manifeste contrariantur in hac materia justitia; ergo non stat matrimonium eumpacto, & conditione mutuum servandi castitatem. Que ratio probat repugnantiam esse non tantum in actu secundo copulae, sed etiam in actu primo, & radice, seu in ipsis juribus, & obligationibus sibi contrariantibus. Argumenta in contrarium solvuntur ex dictis tit. 1. de sponsal. n. 37. Dices: Subsistit matrimonium cum voto, & intentione castitatis; ergo etiam cum pacto, & conditione castitatis. R. Conc. ant. neg. con. nam per votum castitatis neuter conjux alterum obligat; adeoque jura ista contraria non resultant, sed corpus Deo per votum promissum, valide in materia justitiae alteri traditur per matrimonium; e contra per pactum, & conditionem castitatis alterum obligat in materia justitiae; & ideo propter contrarietatem jurium, & obligationum non subsistit matrimonium cum tali conditione, quam solum contrarietatem attendit Pontifex in cit. c. fin. h. t.

19. R. 3. Conditio non exigendi debitum, vitiat matrimonium, & a fortiori conditio non reddendi debitum: nam prior impedit totalem traditionem corporum, posterior insuper generationem prolis. 2. Conditio non cohabitandi ad certum tempus non vitiat valorem matrimonii, de cujus substantia non est perpetuo cohabitare. Secus dic de conditione nunquam cohabitandi, qua contrariatur juri maritali, & individuae societati, Sanch. & alii. 3. Conditio ingrediendi manasterium, ante consummationem matrim. nude expressa non contrariatur matrimonium, quia jure inest, & nihil speciale operatur. At si exprimat alio modo, quam inest, puta modo obligatorio, ut ambo, vel alter teneatur Religionem ingredi, vitiat matrim. propter contrarietatem jurium: nam licet conjuges primo bimestri ex privilegio Christi, & juris pontificii possint Religionem ingredi, non tamen ad id obligatur

aut si autem obligentur, jam impeditur mutua traditio corporum.

20. R. 4. Condiciones de preterito, vel presenti, quæ ex materia sua videntur adversari matrimonio, non vitiant ejus valorem, v. g. si fertilitatem tibi procurasti, si es ligata voto castitatis &c. nam nec sunt veræ conditiones, nec inferunt obligationem futuram bonis matrimonii contrariam, sed præcise indicant factum præsens, aut præteritum, a quo per se valor matrimonii non pendet.

21. R. 5. Condicio contraria substantiæ matrimonii adjecta sponsalibus, si implenda differtur in tempus matrimonii, vitiat illud, & sponsalia; quia perinde est, ac si matrimonio apponeretur, v. g. *ducante, si in matrimonio generationem prolis evitaveris* &c. Similiter conditio adversa bono prolis, licet implenda sit ante matrimonium, vitiat sponsalia, & matrimonium, v. g. *ducam te, si veneno tibi fertilitatem procuraveris*: nam conditio ista porrigitur ad statum matrimonii, & bono prolis adversatur. At si conditio ante matrimonium implenda adversetur tantum fidei, vel inseparabilitati, non vitiat sponsalia, v. g. *ducam, te, si mihi dederis usum corporis, vel donec pulchriorem sponfam intenero*: nam talis conditio implenda ante matrimonium, hujus bono non adversatur.

22. Q. VI. *Quæ sint conditionibus affirmata, & quid operentur in dispensationibus*: R. 1. *Modus, causa, & demonstratio*. Modus est adjectio oneris post contractum ferendi, & exprimitur per particulam *in*, v. g. *duco te, ut mecum pilioriam exerceas*. *Causa* est expressio ejus, ob quod contrahitur, & exprimitur per particulam *quia*, v. g. *quia nobilis es, duco te*. *Demonstratio* est expressio ejus, per quod significatur persona & exprimitur per relativum *qui* &c. v. g. *duco te, quæ es libera, nobilis &c.*

23. R. 2. Modus, causa, & demonstratio per se non suspendunt, vel vitiant matrimonium: ita in re com. nam modus obligationem præsupponit, eique solum onus adjicit, l. 1. & seq. C. de donat. sub modo; si modus sit impossibilis, aut turpis, vel contrarius substantiæ matrimonii, habetur pro non adjecto, quia nulla est obligatio ad impossibile, & turpe, vel contrarium matrimonio jam in se contracto. *Causa, & demonstratio* non spectant ad vim matrimonii, sed tantum declarant opinionem, quam contrahens habet de altero, & quoddam motivum ad contrahendum alliciens insinuant. Unde tritum illud: *falsa demonstratio non vitiat actum* ex l. 35. ff. de condit. & demonstrat. Dixi: per se, nam per accidens vitari potest matrimonium, vel ejus valor suspendi: 1. Si modus induat naturam conditionis, ita ut contrahens nolit valere contractum, nisi existat modus, quod ex mente contrahentium colligendum erit. 2. Si causa, vel demonstratio involvat errorem substantialem personæ, vel status, seu servitutis, vel induat naturam conditionis, v. g. *contraho tecum, quæ es Berta, libera*; nam si est Cajo, vel ancilla, nullus est contractus, nisi error esset in solo nomine. Item *duco te, quia mille pro dote dabis*, hoc est, si mille pro dote dederis.

24. Q. VII. *An licitum sit matrimonium cum patre, seu modo morganaticum? Ante respons. nota matrimonium morganaticum, seu conscientia definitur, quod sit conjunctio viri cum femina inferioris conditionis secundum SS. Canones rata: eo tamen pacto, ut uxor, & liberi contenti sint certa portione nuptialis, & a ceteris bonis avitis, & paternis, dignitatibus, titulis, ac insignibus abstineant: portio ista alende uxori & liberis destinata, vocatur *morganatica*, quasi donum matrimonium, & corrupte *morganaticum*; ex quo nomen trahit matrimonium morganaticum, seu ad morganaticam contractum, lib. 2. Feud. tit. 29. Jam R. Matrimonium ad morganaticam contractum, & validum est, & licitum: ita König, Schmalz & alii. *Ratio primi*, quia tale matrimonium per se nec est contra jus naturale, nec pontificium; ergo si fiat coram parochio, & testibus, erit validum. *Ratio secunda*, quia pactum illud, vi cuius uxor cum futuris liberis non sequitur conditionem mariti, ex multis causis cohonestari potest; puta, quia maritus ex una parte vult esse extra periculum incontinentiæ; ex altera vero parte non vult præjudicare liberis prioris matrimonii per divisionem bonorum, quæ pluribus non sufficerent; & si minutim*

dividerentur, splendor familiæ deficeret; *Confr.* Matrimonium ad morganaticam contractum imitatur matrimonium Patriarcharum, quæ contraxerunt cum concubinis, seu secundariis uxoriis, quarum filii non succedebant patri, ut patet in matrimonio Abrahæ cum Agar ancilla, cujus filius Ismael ejectionis est a possessione, & hereditate Gen. 21. v. 10. ergo sicut ista matrimonia erant licita, ita quoque licita sunt matrimonia ad morganaticam contracta. Ceterum, si pater, mutatis circumstantiis, vult revocare pactum morganaticum, id ei licet, non obstante aliquo præjudicio priorum liberorum: nam tale pactum imitatur ultimum voluntatem de successione dispositentem, quæ semper revocabilis est. Item liberi ex matrimonio morganatico nati admittuntur ad successionem in bonis allodialibus, si priores liberi, eorumque descendentes deficiant, exceptis feudis, in quibus non succedunt lib. 2. F. tit. 29. His non obstant *Can. 1. & 12. caus. 32. q. 2. & Can. 9. dicat. 33. q. 4. & c. fin. h. t.* nam non loquuntur de nostro casu.

Vide addita post n. 9. pag. 331. &c.

Quæ hic dicta sunt de conditionibus, modo, causa, & demonstratione, proportionaliter applicanda sunt aliis contractibus. Hodie vero curabit parochus, ut matrimonia pure contrahantur, nihilque eis admisceatur sine causa urgentissima.

TITULUS VI.

Qui Clerici, vel Voventes matrimonium contrahere possint?

Agitur de hac materia in Sexto tit. de voto. In Decreto dist. 27. c. 30. & seq. & 17. q. 1. 2. & 27. q. 1. per tot. In Trid. S. 24. Can. 9.

In hoc titulo examinantur tria impedimenta, duo dirimentia, scil. Ordo sacer, & professio religiosa; & unum tantum impediens, scil. votum simplex castitatis.

1. Q. I. *An, & quo jure Ordo sacer dirimat matrimonium*: R. 1. Dirimit, sed solo jure Eccles. *Prima pars* habetur *Can. 8. d. 27. c. 1. de Cler. conjugat. c. un. de voto in 6. Trid. S. 24. Can. 9.* nam factis Ordinibus annexa est continentia, seu votum solenne castitatis, quod obstat valori matrimonii. *Secunda pars*: est comm. cum S. D. 2. q. 88. ar. 11. contra Major. stantem pro jure divino: nam Ordo sacer non dirimit matrimonium contrahendum jure naturali, quia matrimonium absolute non contrariatur ministerii clericalibus, ut patet in Ecclesia orientali; neque jure divino positivo, quia hoc non constat ex verbo divino scripto, aut tradito, ergo jure Ecclesiastico antiquo, & ab Apostolis constituto *Can. 40. ut lex 27. q. 1. Vis autem solvendi matrimonium ratum non competit Ordini sacro, ut definitur c. un. de voto in 6. & Extrav. un. Jo. XXII. de Voto.*

2. R. 2. Ordinatus invalide, non obligatur voto continentie: non solenni, quia hoc annexum est valide ordinationi; non simplici, quia votum accessorie emittitur; ergo corrupte Ordine, tanquam principali, corrumpitur votum, tanquam accessorium. Nec obstat c. 3. & 12. de convers. conjugat. nam in professione religiosa votum castitatis per se, & principaliter emittitur; ergo ex juris interpretatione, & non valet, ut solenne, valet saltem ut simplex.

3. R. 3. Ordo sacer collatus infanti non dirimit matrimonium, quia non est credibile, quod Ecclesia infantem ligare voluerit lege continentie, nisi ad usum rationis pervenisset expresse, vel tacite, exercendo actum Ordinis sacri, ratificasset suam ordinationem. At impubes ratione pollens, sicut in ordinatione valide potest emittere votum castitatis, ita quoque obligatur ad continentiam; ut & metu ordinatus, licet pro illo ex causa imaturi iudicii, & pro isto ex causa meus in causa incussi, facile obtineri possit dispensatio in voto continentie. Opposita sententia docens nec impuberes, nec metu coactum obligari ad continentiam, non videtur improbabilis. Si vero ordinatio facta est per vim absolutam, non valet, & conf. ex illa non oritur obligatio continentie, c. 3. de baptismo.

Vide addita par. 1. p. 584. n. 16. &c.

4. R. 4. Quamvis conjugatus regulariter nec ad primam

primam tonsuram sit admittendus c. fin. de tempor. ord. in 6. si tamen sacris Ordinibus initiatur, uxore inficia, vel invicta, ordinationi quidem valet; sed ille ab uxore revocatus, tenetur debitum reddere, non tamen petere potest, obstante voto castitatis arg. c. 3. de convers. conjugat. nisi legitimum, & perpetuum inter eos divorcium factum fuisset: quo casu maritus innocens factus initiari potest. 2. Uxor, qua consentiente, maritus factus Ordines suscipit, tenetur emittere votum continentie, & si suspecta est de incontinentia, Religionem profiteri, ut dixi tit. de convers. conjugat. motu mariti Clerico in sacris constituto, uxor superstes impeditur a contrahendo matrimonio ob reverentiam Sac. Ordinum *Can. 10. & seq. d. 28. Can. 14. d. 32.* Si tamen consensus illius in ordinatione mariti vi, dolo, aut metu gravis extortus est, non ligatur hoc impedimento; ne delictio alieno præparetur.

5. Q. II. *An professio religiosa solennis dirimat matrimonium contrahendum, & quo jure*: R. Ad 1. Affirmative: ita conformiter antiquis Canonibus sub anathemate definiti Trid. S. 24. Can. 9. nam professio religiosa est spirituale vinculum cum Christo, & quedam mors civilis; ergo non admittit matrimonium, eodem modo sit valida.

6. R. Ad 2. Professio solennis religiosa jure naturali, & divino dirimit matrimonium contrahendum, & conf. nonmero jure Ecclesiastico: ita contra plerofque RR. tenent cum S. D. in 4. d. 38. q. 1. ar. 3. qu. 3. in corp. magni nominis DD. allegati a Sanchez lib. 7. de matr. disp. 26. n. 3. ubi doctor iste solidissimus eandem sententiam tenet, conformiter summario: *Proponitur sententia auctoris n. 3.* licet nonne illam corrigere voluerit, sed sine effectu; uti & *disp. preced.* sententiam propositam n. 7. quæ propria est auctoris, ut patet ex summario n. 7. quas correctiones ante me plures viri hujus auctoris lectores observaverunt. *Proponitur prima pars*: jus naturale dicitur, quod res uni plures, & perfecte tradita, eodemque modo acceptata, non possit iterum valide alteri tradi: nemo enim dat, aut transfert, quod non habet, v. g. titulo justitiæ tradidisti equum emptori, non potes deinde eundem tradere Ecclesie titulo Religionis, aut voti, & contra: sed homo per professionem religiosam pleno, & perfecte modo tradit se Deo, & Religioni, eodemque modo traditio ista acceptatur contractu ultro, citroque obligatorio; ergo de jure naturali valide nequit se tradere uxori; cum amplius liberatum sui corporis potestatem non habeat: tum quia ex natura rei repugnat, ut quis eandem rem tradat duobus eandem jura contraria; sed religiosus professus tradit corpus suum Deo cum jure, & obligatione continentie, seu abstinendi ab omni actu venereo, etiam licito; ergo non potest corpus suum tradere uxori cum jure contrario, & obligatione exercendi actus conjugales: *Prob. 2. pars* de jure divino *Matth. 19. v. 12.* ubi Christus religiosam castitatem proponens ait: *Sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum*: quibus verbis significatur perpetua inhabilitas ad matrimonium. Hoc jus scriptum magis nobis declarat Verbo Divino tradito: quia nulla existente lege Ecclesiastica, ita semper a principio Ecclesie observabatur tanquam a Domino acceptum: unde Siricius Papa *Can. 17. v. velate 27. q. 1.* dicit religiosos matrimonium contrahentes debere separari *Verbo Domini, & Canonica auctoritate*; ergo nonmero jure Ecclesiastico, sed divino, & naturali. Ratio est, quia Christus Dominus instituit statum religiosum segregatum a statu conjugali, ut patet ex *Matth. 19.* ergo annexit ei impedimentum dirimens matrimonium contrahendi; alias unum ab altero non discrevisset. *Confr.* ab incontinenti: si professio religiosa solo jure Ecclesiastico dirimit matrimonium, sequitur 1. quod Papa possit tollere jus istud, & statueret, ne matrimonium dirimatur per professionem religiosam: quod sane discordat cum antiqua Patrum doctrina, ut patet ex Canonibus *caus. 27. q. 1. Sequitur 2.* quod Papa cum religioso in sensu composito Religioso dispensare possit ad matrimonium, cum istud solo jure pontificio incompatibile esset cum statu religioso: sequela autem ista est contra torrentem DD. & apertam definitionem *cap. 6. cum ad monasterium in fin. de statu Monach.* ubi Ian. III. asserit, nec Papam dispensare posse in pauptate,

& castitate religiosa: quæ definitio ad minus intelligenda est de dispensatione in sensu composito Religiosis. *Sequitur 3.* quod religiosi apostatae in locis hereticorum, ubi pleraque impedimenta matrimonii, jure Ecclesiastico introducta, abrogata sunt, valide matrimonium contrahant: quod falsum esse, praxis continua Ecclesie docet &c.

Obj. 1. Jure naturali eadem res modo diverso pluribus tradi potest, sicut servus traditur domino, & uxori; ergo & religiosus, qui titulo Religionis tradidit corpus Deo, potest illud titulo justitiæ tradere uxori. 2. Votum religiosum solemne vel dirimit matrimonium, ut votum est, vel ut solemne est, non primum, alias omne votum castitatis dirimeret matrimonium; ergo secundum: solemnitatem autem votorum ex sola constitutione Ecclesie inventa est c. un. de voto in 6. 3. Votum simplex, saltem religiosum in Soc. J. ab intrinseco non differt a solenni per c. 6. h. t. & Constit. Greg. XIII. incip. *Ascendens Domino*; ubi declarat Scholasticos, & Coadjutores non formatos S. J. esse vere, & proprie religiosos, non secus, ac ipsos tam Societatis, tum aliorum Regularium professos. 4. Olim professio religiosa non dirimebat subsequens matrimonium, *Can. 23. 24. cum seq. 27. q. 1.* ergo impedimentum istud hodie habetur ex solo jure Ecclesiastico.

R. Ad 1. *Dist. ant. modo diverso, hoc est, secundum diversum jus C. a. modo diverso, hoc est, ex causa, & titulo diverso*; N. a. alias qui titulo Religiosis, v. g. ex voto tradidit Ecclesie centum florenos, possit deinde illos titulo justitiæ tradere alteri creditori, & titulo gratitudinis tertio benefactori. Est ergo æquivalentio in termino modo diverso: nam si intelligatur præcise causa diversa, seu diversus titulus, falsum est rem uni pleno jure traditam, posse alteri tradi diverso titulo; ut patet ab exemplis allatis, & omnibus causis, seu titulis translatis dominii. Si vero intelligatur diversum jus, verum est eandem rem pluribus tradiposse; sicut uni tradi potest proprietas, alteri dominium utile, aut usufructus, tertio usus &c. Et sic accidit in servo: nam is traditus est domino quoad operas, & effectus civiles dominicæ potestati subiectos; at quoad jus utendi corpore per generationem, non est traditus domino, neque hoc jus subest potestati dominicæ; alias dominus uti posset corpore ancillæ, & domina corpore servi; & ideo servus quoad hoc jus potest se tradere uxori. E contra religiosus quoad jus corporis sui plene, & pro perpetuo per professionem tradidit se Deo, & Religioni titulo Religiosis mixto cum titulo justitiæ ratione contractus ultro, citroque obligatorii, & vi talis juris in Deum translati in radice contraxit obligationem continentie; ut ante probavi; ergo cum jus istud sui corporis non habeat, ex ipsa natura rei, non potest se tradere uxori, & ad actus conjugales primæ traditioni contrarios obligare. Quæ eadem ratio est, cur uni uxori traditus non possit se alteri tradere, quia amplius non habet, quod valide tradat. *Dices*: Traditus uxori, potest matrimonio consummato de licentia uxoris tradere se Deo per professionem religiosam; ergo traditiones istæ, & vineula sibi non adveniantur de jure naturali, R. N. C. pro nostro casu: nam si uxor remisit jus suum, nulla est repugnantia, cur maritus per professionem nequeat se tradere Deo per professionem. Ita in casu, quo servum dedi Cajo ad usufructum, si is remittat jus suum, possum eundem servum tradere Ecclesie ad usum &c. At si professio religiosa præcessit, nulla ad profectum redit potestas corpus suum tradendi uxori, nisi Deus jus sibi questum remitteret, & reddere potestatem corpus suum tradendi uxori: quo casu homo desinere esse religiosus, vel forsitan manere religiosus in habitu, & ad mortua uxore, teneretur vota reddere Domino, & ad Religionem redire. *Ad 2.* dico, quod dirimat, non ut votum in genere, sed ut votum tale in specie, scil. continens perfectam, absolutam, & perpetuam traditionem sui, cum simili acceptance; quæ intrinseca ratio in nullo alio voto reperitur: non in voto simplici, quod promissionem continet sine traditione; & ideo, stante tali voto, valide corpus traditur uxori; non etiam in voto simplici religioso S. J. quia hoc, licet habeat traditionem, non tamen habet traditionem perfectam, & absolutam ultro, citroque obligatoriam, sed præcise conditionatam, quamdiu qui in Societ.